g imponit g pœnam mortis naturalis. ne cler. vel mon. sententiam, de exces. præla. ex literis. tamen pro latrocinijs, & alijs magnis sceleribus clerici depositi detruduntur in arctum locum ad perpetuam pœnam. de pœnis, tuæ, & sic obseruatur: quod cum clericus committit delictum ꝓpter quod laycus afficeretur morte, clericus detruditur modo prædicto, sicut etiam fit in hæretico. de hære. c. pe. §. si quis, & in falsario, qui includitur in perpetuum carcerem in quo sustentatur pane
h doloris, h & aqua angustiæ. de verborum sig. nouimus. in fin. & hoc si est corrigibilis. secus si incorrigibilis: vt qa non vult pœnitere modo prædicto, nec potest capi per iudicem ecclesiasticum, quo casu dr̄ incorrigibilis: cum ecclesia nō hēt qd faciat vt s̄. tunc enim statim est de iudicio seculari. eo autem casu quo detruditur in carcerem modo prædicto, talis pœna
i est loco vltimi supplicij. i pro hoc facit quod no. Inno. de acc. qualiter, el a. vbi æquiparat hanc pœnam pœnæ deportationis in metallum, sic ergo non est clericus delinquens impunitus: immo acrius punitur: quia minor pœna est statim mori quam diu affligi, & nō sperare de salute. Oppo. ad hoc in eo
6 ꝙ dixi, ꝙ hic innuitur, ꝙ incorrigibilis † statim est de iudicio seculari, expedit enim prius, ꝙ tradatur. de ver. sig. nouimus. de pœ. c. 2. lib. 6. Solu. s̄m Io. And. eo ipso ꝙ incorrigibilis, est
k de iudicio seculari, vt hic. nam & alias tertio monitus k se

ingerens

ADDITIONES.

a Ad primam tonsuram, quæ est ordo. Adde glos. in cap. abbates. de priuileg. lib. 6. Cardin. in clem. dudum. post prin. de sepul. Albe. Trotus de Ferraria, in 1 act. de perfecto clerico.

• Adde c. cum contingat de æt. & qual. & not. quod hic intelligit de ordine communiter. non vt est sacramentum, sed prout est deputatio ad diuinum cultum, secus si de ordine proprie inquantum est sacramentum, & imprimit caracterem, nec prima tonsura non est ordo. secundum Theologos. & propter hoc [illegible] inter ordines non posuerunt primam tonsuram. 35. d. Se[illegible]. 9 [illegible] 93. a Subdiacono. vide in 4. sent. dist. 24. & in conc. Trid. sess. [illegible] in dec. de reform. c. 1. & [illegible] B S

b Cum ecclesia non habeat Adde glo. fin. in c. tuæ. de pœn. & ibi docto & per doct. in c. cum non ab homine, de sen. excommun.

c Prælatorum suorum. Adde Innocen. in c. vt famæ. de sent. excommun.

d Creditor potest. Adde Ioan. And. & Ant. de Butr. in c. 2. de pigno. Bald. in c. dilectus. [illegible] colum. de ap. Io. de Imo. in c. 3. de depo.

e Anathematizari. Adde in quo differt anathema ab excommunicatione, vide c. nemo episcoporum. 11. q. 3. glo. in versic. anathemaos. H in c. ad Apostolicæ. de sen. & re iud. lib. 6. quia prælati inferiores ab episcopo possunt excōmunicare vt in cap. illa. 16. q. 3. glos. 1. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordin. anathematizare autem competit soli episcopo vt in dicto capitulo, nemo episcoporum. nisi forte habeat iurisdictionem episcopalem, secundum Abb. in [illegible] peti. cap. si quis contra clericum. de foro compet.

f Quod contumacia. Adde Abb. in c. sane, quia, in 6. no. de offi. deleg.

g Ecclesia non imponit. Adde glo. in cap. procurator. [illegible] q. 3. Innocen. in c. cum oporteat de accusa. Inno. in c. crimina. de collu. detegen. Maria. de Senis in rep. c. sententiam sanguinis. ne cleri. vel mona. Pau. de Castro consil. 119. incipien. Notandum quod adulterium. tu dic. quod vbicunque in iure canonico reperitur pœna mortis, quod debet exponi per sententiam excommunicationis, secundum Abba. in c. per venerabilem, in 4. col. versi. no. vltimo. qui filij sint legitim. Abba. in c. 3. in vltima columna de homicidio. Abb. in c. 1. in vltima columna, de furtis. Abba. in cap. 2. super. glo. fin. de maioritate, & obedien. Et dicit sanctus Thomas secunda secundæ. q. 9 [illegible]. articulo vltimo. quod de iure canonico non est mors, sed loco eius est excommunicatio. Et dicit Anto. de Butr. in c. cum dilectus de purgation. canonica, quod vbicunque de iure ciuili pro aliquo delicto venit imponenda pœna mortis, tunc de iure canonico in locum pœ [illegible] intelligitur pœna depositionis: quod limita, nisi alia pœna de iure canonico imponitur tanquam ordinaria.

h Sustentatur pane doloris Adde Ioannem de Lignano. & Petrum de Ancharano in clementina 1. de pœnitentijs, & remissionibus. Abba. in capitulo, vniuersitatis. de sententia excommunicationis. Ioannem de Anania in capitulo primo, de cleri. percussore. Baldum, & Salycetum in l. de pecoribus. ad finem C. ad leg. m Aquiliam. Bald. & Salyce. in l. Graccus. C. de Adulte. Bald. in rub. de pœnis.

i Vltimi supplicij. Adde Bald. in l. programa. circa medi. C. comminationes epistolas

K Tertio monitus. Adde an, quando lex requirit trinam monitionem, sufficiat vna peremptoria pro omnibus: vide glossam in verbo tertio. in clementina prima, de vita & honestate clericorum. Item adde, quod vbicunque agitur de depositione clerici propter crimen commissum, non requiritur monitio: vt est glossa in verbo admonitio, in capitulo indigne, duodecima, quæstione secunda.

ingerens enormitatibus perdit priuilegium clericale, de sen ten. excomm. perpendimus, in audientia. contingit, secundo. fortius ergo iam depositus qui postea se non correxit. hoc intelligo quando de incorrigibilitate notorie constat: vt quia vadit armatus & spernit monitiones episcopi: alias si non cōstat de incorrigibilitate, & laycus iudex comprehēderet, cum & negaret se esse incorrigibilem: de hoc, an esset incorrigibilis, haberet cognoscere ecclesiasticus, ar. de senten. excomm. si iudex, lib. 6. tamen, quia, vt proxime dixi, talis detruditur in carcerem eo ipso quod reperit vagari: notorie apparet incorrigibilis, & sic ipso iure est de iudicio seculari, quod ergo dicitur de degradatione, procedit quando non est processum secundum formam huius c.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiatus, si impetrauit rescriptum contra occupatorem beneficij, non vtitur eo contra successorem, nisi ex vi secundi mandati.*
2 *Satisdatio de iudicio sisti finitur morte satisdantis.*
3 *Successor etiam vitiosus ad quid teneatur, si rescriptum est impetratū super interdicto vnde vi.*
4 *Interdictum vnde vi competit contra vniuersalem successorem.*
5 *Delicta debent tenere authores.*

QVia v. Legitur tribus modis: duobus in gl. & ego tertio modo, secundum primum hoc dicit, [?] et rescriptum impetratum contra violentum conueniturus, qui scienter successit in vitium, secūdum secundam sic. † Si benefi-
1 ciatus impetrauit rescriptum contra occupatorem beneficij, non vtitur eo contra successorem, nisi ex vi secundi mandati. secundum tertiam sic, per rescriptum contra occupatorem ecclesiæ, conuenitur successor vitiosus. primo ponitur quæstio. secundo solu. & mandatum, ibi præcipimus. In glo. secunda. Oppono, incipiendo glos. ibi: sed contra: quia rescripta sunt personalia &cæt. vt in glo. hic rescriptum habet locū contra successorem. quia successit in vitium &c. vt in glo. ibi proposuit, in fin. sed hoc ibi operantur verba admoto &c. de quibus ibi, ideo melius facit infra titu. primo dilecti. ibi, epistola. rescriptum autem datum ad alterius consultationem seu ad instantiam non censetur epistola, saltem talis, quæ facit ius commune: sed potius iudex datus per rescriptum habet iurisdictionem specialem, de rescrip. ad hoc, ideo restringitur vt ibi, cum quasi illud in decreto, quod habet vim sententię: secus in priuilegio. ff. de re. iur. Neratius, vbi gloss. ibi, significauit, sed ibi erat conueniendus sub clausula, & dic, vt ibi, eum qui. hanc declaratio in dicto capitu. signifi. & facit in si-
2 mili: quia † si quis satisdedit iudicio sisti, eo mortuo finita est satisdatio. ff. qui satisd. co. si decesserit. Ad idem facit supra titu. primo capitu. vltim. ibi, significauit, dic, vt ibi dico, bi, in hoc titu. quia si iudicium est inchoatum contra V. non continuabitur cōtra R. sed esset opus inchoare nouum iudicium ex secundo rescripto, potius caderet hæc decret. in titu. de rescrip. Et no. argumen. ad quæstio. no. de elect. cum monasterium, in fin. glo. fin. de confirm. vti. vel inu. bonæ, gloss. fina. & hucusque, ex glo. colligitur prima lectura, contra quam mul-
3 ta obstant: maxime: quia si rescriptum † erat impetratum super interdicto, vnde vi, successor etiam vitiosus non tenetur hoc interdicto: sed conditione capitu. sępe. allega. in gloss. sed tenentes hanc lectu. dicunt, quod est speciale in odium violēti, quæ specialitas non bene probatur iure. ideo forte glo. propter illa de quibus in gloss. transit ad secundam lecturam, ibi alij, ibi primas. hanc tenent multi, vt Vincen. Innocen. & alij. sed obstat litera ibi, sicut solumus, quod non est omnimodæ similitudinis, sicut & alias, de summ. trini. damnamus §. cum igitur, de offi. archid. capitu. primo, sed hæc est impropriatio. Item secundum hoc decre. huius nullus est fructus, ideo forte glo. eam non tenet, tertio lego extra glo. quod iste B. cōuenitur per primum rescriptum, etiam non attento secundo mandato, & conuenitur tanquam vniuersalis successor, con-
4 tra quem competit interdictum vnde vi. ff. de vi & vi ar. l. prima, in fin. & l. 3. no. glo. resti. spo. cum ad sedem, successor autem in ecclesia censetur vniuersalis: quia ecclesia est vniuersitas quædam dict. capitu. cum ad sedem, in glos. secunda, vnde sicut conuenitur successor legitimus per rescriptum impetratum contra prędecessorem infra titu. primo, dilecti. ita & vitiosus, vt non sit melioris conditionis, de præben. eum qui. libro sexto, & quod hic fuerit vitiosus, facit litera ibi, ingressus pro prædictus, facit quod not. Innocent. de rescrip. eam te. vbi dicit secundum aliquos posse procedi contra successorē vniuersalem per rescriptum impetratum cōtra prædecessorem & talem successorem dicit eum qui succedit in beneficium, si autem iste R. fuisset ingressus legitime, saltem apparenter, cessarent, vbi enim per rescriptum impetratum super vitio p
5 decessoris conuenietur successor: quia delicta † debent tenere autores, de his que fi. a maio. par. capitu. quęsiuit. Et hæc lectura, licet videatur multum noua, tamen bene potest sustineri, & cessant contraria quæ possent fieri, quæ loquuntur in successore singulari.

S V M M A R I V M.

1 *Papa solus iudicat de priuilegijs Apostolicis.*
2 *Notorijs non est recurrendum ad iurislat. sed ad iurisc. & num. 3.*

1 CVm venissent. † De priuilegijs Apostolicis non iudicat alius a Papa. pars de in inte. rest. cum venisset. In glo. prima, ibi, dicas, ex hoc quod dicitur hic in glos. colligitur, quod non refertur principaliter, an incidenter: sed solum an verba sint clara, an obscura. in hoc tamen non persistit gl. sed aliter dicit ad finem infra, & dic vt ibi, proprie sunt Papę. Nota glo. dic tamen melius. vt no. de cau. pos. cum super, ibi sed
a dic, de hoc quando quis possit esse iudex in causa sua a. dic vt in capitu. ex parte, de verborum signi. vbi no. quando & quo-
b modo possit prælatus b iudicare in causa ecclesiæ, & ibi dantur aliæ remissiones. In fin. eadem, glo. ex hoc videtur glo. recedere a distinctione de qua supra in glo. ibi dicas, & extra gl. Alij aliter dicunt, quod si dubitatur de priuilegio quo ad interpręttationem verborum, videtur procedere quod dicitur hic in litera, & in prin. glo. quod solus Papa iudicet: quia eius est interpretari &c. quod tamen intelligit si dubitatio est pro-
2 babilis, † nam in re nota non est recurrendum ad iurislatorē, sed ad iurisconsultum. argum. cap. cum in iure. de offic. dele. si vero dubitatur de viribus priuilegij. scilicet an obstet, vel non obstet, etiam alius a Papa tunc iudicat. argumen. capitu. cum personę, de priuilegio, libro sexto, nisi dicatur tale fore priuilegium, quod Papa non potuisset concedere tunc videtur habere locum hæc litera, quod alius non posset iudicare.
3 Et vltra hoc dicas, quod † nullus iudicat de priuilegio Apostolico, nisi quantum ius permittit, quo casu dicitur ipse princeps, qui est autor iuris, iudicare: vt hic sit sententia literæ, nullus iudicat quo ad hoc, vt eius iudicio stetur, nisi quātum iure approbetur.

ADDITIONES.

a Esse iudex in causa propria. Adde an quis possit esse iudex in causa propria vide Inn. in c. nost. de elect. Spe. ti. de acto. ver. item quod vult propria autoritate. Fallit nisi esset talis qualitatis, quod verisimiliter non caderet in eo suspitio. puta quando esset monachus Cistercienfi. seu cartusiensis, secundum Spe. ti. de iud. dele. in §. super est. ver. quid si non est consanguineus.
b Quomodo possit prælatus. Adde Ab. in c. cum contingat. de fo. compe.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ecclesiasticus iudicat inter lapsos, ratione peccati.*
2 *Iudex ecclesiasticus non debet impedire iurisdictionem iudicis secularis nec econuerso.*
3 *Denunciatio euangelica contra quem locum habeat.*
4 *Ethnicus & publicanus vnde dicti.*
5 *Imperatorem subesse Episcopo in cuius diœcesi commoratur, quomodo intelligatur.*
6 *Imperatoris iurisdict. subordinatur iurisdictioni papali quo ad quædam.*
7 *Appellari non posse ad Papam ab imperatore, & assignatur ratio.*
8 *Priuilegium concessum ecclesiæ per l. ciuilem, sublata lege durat.*
9 *Denunciatio quid sit, & quotuplex.*
10 *Euangelice denunciare quis possit.*
11 *Habens rem, ignorans esse alienam, non facit contra conscientiam.*
12 *Laicus quibus casibus subijciatur iudici ecclesiastico.*
13 *Actio ciuilis non datur ex iuramento.*

1 NOuit ille. † Iudex ecclesiasticus iudicat inter laycos ratione peccati. capi. pars, de offi. leg. & de app. nouit, primo se excusat Papa, & protestatur, quod intendit iudicare de feudo, sed de peccato. Secunda ibi, not. igitur, ostendit quod Rex non debet processum suum in iniuriam reputare, & hoc probat diuersis exemplis & testimonijs scripturarum. Tertio ibi, no. igitur, p-
2 bat quod Papa non debet hoc dissimulare. No. in prin. † quod iudex ecclesiasticus non debet impedire iurisdictionem iudicis secularis, nec econuerso, & hoc quotidie allegatur, de electio. venerabilem, cum simi. Item no. authoritatem euange-
a licam, si peccauerit a de qua colligitur forma denunciationis euangelicæ

ADDITIO.

a Si peccauerit. Adde c. si peccauerit 2. q. 1. & in c. de presbyterorum 1. q. 4. originaliter. Matthei 18. & Lucæ 15.

3 euangelicæ † quæ locum habet contra quemlibet Christia-
num criminaliter delinquentem, pro hoc est litera ibi: pro
criminali peccato, vnde videtur innui secus pro peccato ori-
ginali. Item ex authoritate euangelica no. casum in quo quis
est testis in facto proprio. s. in casu quo fit denunciatio. s. nemi
ne præsente, quo casu solus denuncians testificatur de hoc, &
idem quando vno præsente: quia adhuc testificatur: vt in lite
ra, ibi duorum. Item no. quod per denunciationem euangeli
cam non compellitur quis præcise satisfacere de peccato: sed
compellitur per censuram ecclesiasticam, ibi, sit tibi sicut et-
hnicus & publicanus, idest extra congregationes, pro hoc li-
tera ibi per districtionem ecclesiasticam cohærceto ethnicus
4 .i. gentilis † ab enos, quod est gens, publicanus. i. extra l. iudeo
rum tunc, & hodie Christianorum, & dicuntur publicani hi
qui præficiũtur vectigalib. exigendis, qui forte tunc inhiabãt
vsuras, ad hoc quod dixi de ethnico, facit 45. dist. sed illud. Itẽ
ibi, nisi forte &c. q iudex ecclesiasticus potest iudicare inter
laycos ratione consuetudinis vel priuilegii. Item ibi, valenti-
nianus. ar. ab exemplo, quod intellige. non tamen in errore:
tunc. n. non excusatur errans exemplo alterius ca. 2. in fi. Item
5 q imperator † subest epo in cuius diocesi commoratur, quod
intellige quo ad forum ecclesiasticum, & forum conscien-
tiæ, sicut hic Valẽtinianus subiacebat Mediolañ. archiepo. Item,
q prælatus non debet dissimulare quin puniat delicta. Item
ibi, possumus & debemus. ex qua colligitur q tenetur præla-
tus exercere censuram, vt tenetur. In glo. 2. ibi vtrunque gla
a dium a, de hac quæstione dubitabitur donec durabit vtraque po-
testas, papalis, & imperialis, in ea forma qua sunt, & fiunt ar-
gumenta pro & contra. quod dico de elect. venerabilem, & hic, sed
non proprie possunt fieri argumenta demonstratiua in co iu
dicio, quin possit solui, negando aliqua etiam, quæ negare
6 non est contra fidem: sed receptum est † apud omnes, q iurisdictio
imperatoris subordinetur iurisdictioni papali quo ad quædã:
b quia Papa coronat b imperatorem, & examinat electionem
eius & personam, de elect. venerabilem. Item, depouit eum
ex causa, de re iud. ad Apostolicæ. lib. 6. Item succedit ex toto
vacante imperio ∫. ti. 1. licet r. tamen qui vellet hoc vltimum
negare negaret illud c. & diceret Papam hoc statuere nõ pos-
se, sed sic receptum est. Item, q apud Papam sit plenitudo po
testatis ecclesiæ: omnes Christiani habent contineri. vt in ex-
trauagan. vnam sanctam. Bonifa. 8. per hoc tamen non inferẽ
q iurisdictio imperatoris ita subordinetur papali, q ab impe
7 ratore posset ad Papam appellari; † & hoc nemo cõsiderauit,
pro hoc facit, quia non est talis subordinatio, q faciat Papam
censeri vt præsit iurisdictioni quo ad actuale exercitium: sed
in habitu: nisi in casibus expressis, vt vacante imperio vt s. &
hoc respectu etiam iurisdictionis imperialis etiam procedit
c a deo c immediate: quia fuit de voluntate dei, vt exerceatur p
imperatorem, & secundum hoc procedit quod dicit gl. q im
perium & sacerdotium ab eodem principio processerunt, &
d quod imperium procedat a deo, & non a Papa d, vide de ma-
iori. & obedien. solite. ver. præterea. vbi dico. In glo. no. ibi pri
uilegio, non tamen per omnia, priuilegium enim non facit
ius commune, consuetudo sic, & per hoc etiam differt cõsue
tudo a præscriptione, quod dic vt de consue. c. fin. In gloss. sed
cum no. glo. in eo, quod dicit, q licet sit sublata lex, ratio eius
durat, & dic melius secundum Inno. q etiam hoc casu durat
8 effectus: quia † cum per legem ciuilem conceditur priuile-
gium ecclesiæ, licet tollatur lex: tamen durat priuilegium, se
cundum eum, quod est singulare, pro hoc regula decet. de re
gu. iur. lib. 6. & procedit hoc quando priuilegium confertur
in non in subditum, vt hic, secus si in subditum: tunc enim
potest ex toto reuocari. argumẽ. de iniur. in nostra. sed primo
casu secus: tunc enim habet vim cuiusdam contractus, princeps au
tem non potest reuocare suum contractum, maxime initum cum
non subdito, de prob. c. 1. de hoc plenius dico de tempo. ordi.
dilectus. In glo. alicm, ibi: hæreditas. Inno. allegat pro cõcor-
dante: sed tamen obstat, ex eo quod ibi dr̃, q quamuis de stri-
cto iure nulla actione teneantur hæredes ad monumentum
faciendum: tamen pontificis authoritate compellẽtur ad ob
sequium supremæ voluntatis, & sic permittit ibi soli pontifi
ci. Item ibi, permittit de principe, nam quod dicit pontifical',
gloss' ibi exponit. i. Papa vel epi. dic tamen q non proprie ob-
stat: quia ibi non agitur vt quis corrigatur de peccato in ordi
ne ad æternam salutem, quod tantum ad ecclesiam spectat vt
hic: sed in ordine ad conseruationem vltimæ volũtatis, quod
etiam ad iudicem ciuilem spectat: immo principaliter inter
laicos ibi §. si oliuam, vbi qui colligit oliuam immaturam, te
netur l. Aquil. sed maturam suoc dominus, cui colligẽs videt
donasse expensas, cum remunerat, non enim locus est l. Aql.
ex quo non est datum damnum, ibi tamen nihil dr̃ de remu-
neratione. In gl. pen. in fin, melius expone de plano: vt in cle.
sæpe, de ver. sig. & in eo, quod glo. dicit de denunciatione, dic
vt in seq. In glo. fi. ibi, criminosum, dic, vt statim ∫. In fi. c. glo.

hęc glo. & præcedens parum tangunt de materia denuncia-
e tionis e, sed scribentes plenius, & quia multa dicuntur in hoc
quæ possunt intelligi ex paucis: dic, q difficultas huius mate-
riæ principaliter consistit in intelligendo naturam verborũ,
vbi quæro, † quid est denunciatio f. Respondeo q potest va-
f rijs modis accipi, vt pro denunciatione noui operis, vel pro de
nunciatione quam facit emphyteuta domino: vt ∫. de loca.
potuit, & in simi. sed quantum ad propositum, denunciatio
est quædam manifestatio quæ fit vt quis de crimine corriga-
tur. Quæro an sit vna vel plures, communiter assignãtur qua
tuor species, nam alia euangelica: alia iudicialis: alia canonica,
alia regularis, dic tamen, q tantum est vnica, cum in iure for
maliter non habemus, nisi de euangelica, & aliæ non sunt spe
cies, sed quidam modi istius, vbi considera q non loquimur
hic de denunciatione prout est præparatoria iudicij, etiam ci
uilis, secundum quod dicimus, q creditor, antequam agat contra
debitorem, extra iudicium prius debet monere vt soluat, &
hoc de vrbanitate, de hoc de simonia, licet in glos. ex hoc, sed
loquimur de modo denunciationis prout est procedẽdi prin
cipiũ seu per se. & vt dixi proprie est vnica. s. euangelica, vt hic:
tamen pp intelligere scripta quæ dicunt de quadruplici, dic
vt dixi q sunt modi distincti, dr̃ enim denunciatio iudicialis:
quia in ea proceditur iudicialiter, canonica dr̃, qa a canonib.
inducitur. Regularis dr̃ respectu religiosorum inter quos so-
10 los obseruatur. † Quæro quis possit euangelice denunciare,
dic secundum glo. q quilibet non criminosus. obstat igitur
denuncianti exceptio criminis, quod intellige si perseuerat.
de hoc de testi. quoniam, & ca. in omni, secus si non perseue-
rat, etiam si ex crimine sit factus infamis, & no. 2. q. 1. si pecca
uerit. Quęro quis possit denunciari, respondeo quilibet Chri
stianus peccans, pro hoc litera ibi, frater tuus. i. quilibet Chri
stianus. Quæro cui fit. dic vt in litera. & vltimo ecclesiæ quæ
iudicat de omni peccato. Oppono ad hoc, quia hoc modo
poterit pro qualibet causa inter laicos accedi ad iudicem ec-
clesiasticum, quia actor dicet, q reus peccat in ipsum, quod
erit absorbere omnem iurisdictionem secularem, contra hanc li-
teram, cum simi. dic, q argumen. non procedit, nam oportet
q denuncians ostendat aduersarium peccare: quod non po-
test ostendere nisi ostendat, quod facit contra conscientiam, stat
11 † autem q quis habeat rem tuam: tamen non facit contra conſciẽ
tiam, vt quia ignorat. Et si dicas, q secundum hoc nunquam
erit locus denunciationi: & quia non poterit ostendi q ille fa
ciat contra conscientiam: quia de occultis alieni cordis &c. dic, q
hoc ostendetur: quia publicum scandalum est contra detinẽtem,
quo casu secundum Inno. si dicit, q non facit contra conscientiã,
sibi non creditur, si. n. constat de peccato: ita debet constare de
satisfactione 45. dist. sed illud, non ergo sufficit in hoc proces
su q probes rem esse tuam: nisi ostẽdas q ille tenet cum pec-
cato, & licet Host. in hoc contra, primum tamen verius, quia, vt pa
tet in litera, ecclesiasticus iudex cognoscit non directe, sed in-
directe ratione peccati, præmissa vera intelligo nisi allegare-
tur aliqua causa concludens iurisdictionem iudicis ecclesia-
12 stici, † quo casu laycus suo foro subijcitur: vt pacis fractæ per
iurii, & aliæ de quibus in c. cum sit generalis ∫. ti. seq. c. ex trã-
smissa, & c. ex parte B. & c. ex tenore, & c. licet, c. tit. Nã & alias
multum steti super hoc d. c. Franci. Io. Ex hoc infero, q venit
officio iudicis per actionem, pro hoc litera, ibi, ad officium
nostrum. Item, q in libello non debet peti q res restituatur:
sed q ille pœniteat, vt hic in ver. licet, ibi, reuocemus a vitio
ad virtutem. Item, q non simpliciter coget ecclesiasticus, sed
tñ per censuram ecclesiasticam: vt in lit. Et sic, si ille non cu
rat de censura, tñ non cõsequeris rem. pro hoc quod dico de
pac. c. 1. & p hoc concluditur, q non absorbet iudicium secu-
lare, competit autem hæc denunciatio fm Inn. etiam contra non
obligatum ciuiliter, vnde si reus tñ naliter est obligatus: vt
quia iurauit vel promisit dare vel facere sine stipulatione, lo-
cus est

ADDITIONES.

a Vtrunque gladium. Adde gl. in ver. celestis, in c. 1. 22. di. gl. in ver. apud regẽ, in c. causam quæ. qui fi. sint le. & in extrauag. vnam sanct um. doct in c. si duobus, de app. Innocẽ. in c. licet ex suscepto. de fo. competen. originaliter. Luc. 22. cap.

b Papa coronat. Adde Host. in c. antiqua. de priui.

c Procedit a deo. Adde tex. in c. quæsitum 23 q. 4 gl. in ver. diuinitus, in c si imperator, & in c. cum ad verum. 96 dist. Oldr. consi 69. inci. consueuit dubitari. Pe. de Anch. consi. 311. inci. tres domini magnifici.

d Et non Papa. Adde extrauagan. vnam sanctam. Ab. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, in 5. col. de const. Ab. in c. ex gestis, in 2. col. de cle. non resi. Pe. de Anc. in repe. c. cannonum, de constitu.

e De materia denunciationis. Adde Fel. hic in pen. col. ver. circa istam denunciationem.

f Quid est denunciatio. Adde Ab. in c. 1. de no. oper. nuncia.

ctus est denunciationi,peccat.n.qui promisit,& nõ adimplet,
13 quod signa.† Ex hoc nota.ꝙ ex iuramento non datur ciuilis
actio,de quo est qõ.plene dico de insti.cum venisset.Item ex
hoc colligitur, ꝙ ex naturali obligatione tantum non datur
actio,etiam secundum canones,& hoc secundum Inn.Host.
contra,quod dic vt dixi de pactis c.1.

S V M M A R I V M.

1 *Principalis debet per se, non per aduocatum proponere factum in iudicio.*
2 *Vniuersitas,syndico iurante,dicitur iurare, vt & conuentus iurante prælato.*
3 *Aduocati officium in quibus excludatur.*

1 PAstoralis. Principalis † persona debet per se
non per aduocatum factum proponere in iudicio:primo statuit.Secũdo excipit,ibi,
nisi,decisa fuit de fine ca.pastoralis,de excep.In gl.1.
ibi,non solum per hoc soluit ꝯ seq.Opp.n.ad literam: quia ꝑ
eam vr̃ sublatum officium procuratoris,ꝯ tit.ff.& C.de proc.
& s̃.de procura.Sol.litera loquitur quando quis litigat ꝑ seipsum,quando autem litigat per procuratorem: tunc ipse pro-
curator ratione officij censetur principalis, & ipse proponit.
& hoc vult glo.& procedit hoc regulariter, qñque tamen ẽt
quando litigatur per procuratorem,præcipit iudex vt princi-
palis per se respondeat.ff.de proc.l.fin.vt quia procurator est
cauillosus,ibi l.1.& a.& est spãle in vniuersitate:quia non po
test esse commode in iudicio.Oppo.ad hoc.C.de iur.calum.
l.2.§.hoc etiam.Sol.ibi solum dr̃ ꝙ vniuersitas debet per se iu
rare,& ſm Inn.hoc fit,vt,si litigabat calumniose,timore iura
2 menti desistat.† dicit tamen,ꝙ etiam iuramentum potest ꝑ-
stare per sindicum: & tunc ipsa dr̃ iurare: quia sindicus iurat
nomine vniuersitatis,sicut prælatus iurat in animam suam,
& singulorum de conuentu.de test.caipt.2.lib.6.ita etiam re-
ctor vniuersitatis iurabit in animam singulorum vel maioris
a partis,ibi,luxuriosa,propric,vel.i.a prodiga.de dam.infe.dam-
ni.in fi.t.responsi,& in Spe.tit.1.de actore.ver.item opponit
ꝯ actorem.In fi.e.glos.idem in moniali J.c.a.lib.6.de mã per
Host.in summa.eo.§.quæ fuit necessaria,sub §.vtraque.Opp.
3 quia per hoc c.vr̃ † excludi officium aduocati,dic ꝙ excludit
in his quæ sunt facti:tamẽ de licentia iudicis supplet aduoca-
tus pro parte indiscreta vt hic,& dicit Inn. ꝙ non est malum
si tales indiscreti cogantur per alium proponere,& responde
re,quod no.& facit hęc litera,ex hoc & ex litera infert ꝯ pra-
cticam quam seruant quidam iudices qui indistincte cogũt
principalem respondere positionibus, remotis aduocato, &
procuratore,vnde vidi contingere,ꝙ quidam etiam fouẽs iu
stitiam fuit ita volutus in respondendo positionib.simplicib.
ꝙ in causa succubuit, ex hoc dic, ꝙ antequam iudex ꝑcipiat
principali,debet discutere an sit discretus,& saltem ad hoc te
netur,si excipitur,ita ꝙ si non facta discussione,cogeret ad re
spondẽdum:posset appellari, quod optime probatur hic, qđ
signa:quia scribentes non declarant.

A D D I T I O.

a Vel idest.Adde glo.2.in l.si mat.ff.de impen. Cardin in c.cumana,in 3.oppo no de elect.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesiam vendicare an quis possit.*
2 *Confessio dicitur esse triplex.*
3 *Reus si consentiat vt procedatur ex inepto libello, valet iudicium.*
4 *Libelli ineptitudo non vitiat iudicium vbi non requiritur ipse libellus.*
5 *Ecclesia an possit sequestrari.*
6 *Sententia fertur per verba temporis præteriti.*
7 *Possessio non transfertur in sequestrem,nisi de hoc exprimatur.*
8 *Actus iudicis non tollit possessionem,quæ retinetur animo.*
9 *Actiones negatoria, & confessoria dantur pro iuribus realibus.*
10 *Actionis ineptitudo est quæ apparet ex forma libelli.*
11 *Reus non debet absolui,etiam si ex processu appareat de ineptitudine libelli.*
12 *Actio si sit inepta,non intentio,proponens obtinet.*
13 *Sententia lata propter ineptitudinem an sit interlocutoria.*

EXaminata. Famosum est istud ca. & habui
in puncto in examine priuato,
& h.d.Si actor ineptam actionem proponit, absol
uitur reus:sed si postea aptam proponit,auditur,vel
magis intrinsece,tamen ad idem,in rei vendicatione, si con-
stat,quandocunque non reum,sed actorem possedisse ab ini-
tio litis,actoris intentio pronunciatur inepta. h.d. secundum
vnam lecturam quæ habet ꝙ M.intentauit rei vendicationẽ
legitur autem & aliter:vt J.primo ponitur factum decisum
Secundo ratio decidendi,ibi,actionem.Tertio decisio.ibi,vn
de,quarto protestatio. ibi, ita tamen, & finge casum iuxta se
cundum summarium sic.M. mouit litem ꝯ milites,de quib.
hic,sup ecclesia de qua hic,occasione iuris patronatus, quod
pretendebat se habere:ante autem quam proponeret libellũ,
ecclesia fuit sequestrata apud vicedominum, postea iste por-
rexit libellum in quo vẽdicabat ecclesiam militibus occasio
ne iuris patro.petens pronunciari ecclesiam ad se spectare tã-
quam ad patronum nõ ad milites,& ipsos cogi ad restitutio-
nem ecclesiæ,postea in causa induxit testes ad probandum,ꝙ
quãdo ecclesia fuit sequestrata,ipse possidebat iuspatronatus:
causa instructa fuit ad Papam remissa,qui pronunciauit intẽ-
tionem huius esse ineptam,& non procedere libellum.cum
.n.egisset rei vend.per consequens dicebat,non se,sed milites
possidere,sed retinere ecclesiam ratione iuris patro.postea in
probationibus asserebat contra,dicens,ꝙ ipse possidebat tem
pore sequestri.aut ergo possessio transiuit in sequestrum:aut
non,si sic,non poterat agi contra milites tanquam non possi
dentes,si non transiuerat:& tunc ipse possidebat,& ꝯ possidẽ
1 tem non datur rei ven.† No.ibi,super iure patro.& ibi,rei vẽ
dicationem,& ibi,ipsius restitutionem, ꝙ quis potest vendi-
care ecclesiam ratione iuris patro.& sic rei vendicatio datur
ad corporalia ratione iuris incorporalis, quod quis habet in
eis, & ꝙ quis possit ecclesiam vendicare,probatur hic, & de
excep.venerabilis.Item no.ex hoc & ex litera, ꝙ laicus vendi
cat ecclesiam,& hoc ratione iuris cadentis in laicum. s.patro
natus. Item,vbi induxeris,ꝙ quis intelligitur confiteri id qđ
ponit in capitulis super quibus testes producit,sic etiam dr̃ ꝯ
fiteri quod ponit in positionibus,de iureiu. c.fi.in 6.de cõfes.
c.5.eo.lib.sic etiam dr̃ confiteri quod narrat in libello,vt not.
2 C.de libe.cau.cum præcium,in gl.quę dr̃ non esse alibi.† Itẽ
ex hoc,ꝙ quandoque quis dr̃ ipso facto cõfiteri,est. n.triplex
a confessio a ore,rei euidentia,& contumacia,de præsump.nul
lus,in glo.quæ est no.& quod dicit rei euidentia.i.ipso facto.
Item,ꝙ propter ineptitudinem agendi repellitur agens, etiã
si de ineptitudine non constat ex forma libelli : puta, quia li-
bellus habet omnia requisita.puta nomen iudicis, actoris,&
rei,& cõclusionem,& similia,sed ex probatis & deductis po
stea noscitur ipsum non competere causæ rei:vt.s.ex eo pos-
sit ferri sententia conformis ipsi:sed ex alio simul iuncto: vt
hic,de offi.vic.c.1.iuncto eo quod ibi notabiliter dicit Inn.re-
3 pellitur autem agens,vt prædixi:nisi reus † consentiat vt pro-
cedatur ex inepto libello:nunc enim valet iudicium.C.de an
na.excep.l.fi.in glo.tres,quæ non est alibi secundum Rayne-
riũ,pro hoc quod no.Inno.de concessio.præben.cum super,
in fi.& glo.de cau.pos.cum ecclesia,in ver.iudicium,quod di
xi,repelli agentem pp ineptitudinem, procedit in causis in q
4 bus requiritur libellus:alias ineptitudo † non vitiat. ff. si cer.
peta.vinum,in glo.magna.in fi.quę est no. & procedit si ine-
ptitudo est in formalitate libelli,secus si circa substantiam:vt
hic,vnde hic etiam si non fuisset propositus libellus, sed tan-
tum facta petitio verbis, ꝑ modum postea descripta in actis,
secundum quod dr̃ de verb. sig. cle.sæpe ad hoc procedit qđ
5 hic dr̃: quia hic repelleretur tanquam ꝓrius. † Item ꝙ eccle-
sia potest sequestrari,potuit autem hic sequestrari apud vice
dominum:quia clericus erat & vicarius epi Sabiñ. hoc dr̃ de
confit.vtil.examinata.Item,ꝙ in rei vendi.requiritur, ꝙ non
actor sed reus possideat,& ad hoc quotidie alleg.habet.n.ven
dicatio duo extrema habilia.s. vnum formale, quod est pos-
sessio aduersarij,aliud materiale est.s.dominiũ agentis. C.de
alie.mu.iu.l.vna,vbi de hoc. Item nota.ibi,pronunciamus,ꝙ
sententia fertur per verba primæ personę,quandoque tertiæ,
nec vr̃ referre.ar.de conuer.coniug.dudum,est tamen differẽ
tia,quia quando per verba primę personę,præsumitur lata in
scriptis,sed secus si tertiæ,ita not.dicit Spe.de instrum.edi.§.
instrumentum.ver.item opponitur ꝙ instrumento perdito,
& de sen prola.§.iuxta,ver.non valet etiam,& ver.seq.& pos-
set dubitari an dictum sit verum,quod tamẽ satis est pulchrũ.
Ad tollendam autem dubietatem iudex proferat verbat sen-
6 tentiæ per verba primæ personæ. Item habemus notare † ꝙ
sententia fertur per verba temporis præteriti,vt hic,hoc non
tamen omnino hic colligitur: quia hæc non sunt verba sen-
tentiæ Papæ referentis,& videretur imperitus,sic pronunciãs
vt dicit

A D D I T I O.

a Confessio. Adde de materia confessionis amplissime per dominum Carbo. in discursu dictionis confessio.vbi latius tractat quam reliqui doct.

vt dicit Spe. in d. ver. Item opponitur, ille ver. potius probat ɔ̃
rium, sed bene facit §. iuxta, de sen. prola. ver. & no. ꝙ quidam
iudices errant &c. In ɔ̃ctibus autem conficiuntur instrumen
ta per verba præteriti temporis, ibi, dedit vel concessit, quod
alibi non memini, facit tamen. ff. de acqui. poss. prædia. & qđ
ibi no. Item, ꝙ Papa iudicat inter laicos, & hoc, qa causa erat
ecclesiastica. Item erat terra de patrimonio ecclesię: vt ciuitas
Sabiñ. sic & alias Papa absoluit laicum ab obligatione qua
tenetur alteri laico ex voto: quia obligatio est circa spiritualia
de voto c. 2. Item, ꝙ sententia lata propter ineptitudinem nō
est diffinitiua: quia iterato admittitur ad agendum, de hoc J.
In glo. 1. ibi, communiter a litigatoribus, hoc regulariter, in-
terdum. n. fit ab vno. s. iudice. de rescrip. olim J. de sequest. c. 1.
de hoc per Hos. in summ. de depo. §. in quibus, & in fi. de hoc
J. de depo. c. 2. in glo. 2. in fine. In glo. 2. Oppo. ꝙ non debuit ꝓ
nunciari intentio istius inepta ex eo quia possideret: quia etiã
possidenti competit actio, vt ɔ̃ commodatarium ratione de-
tentationis. ff. de rei ven. officium. glo. ibi quandoque, hoc fa-
tetur, sed dic, ꝙ hoc casu non possidet omni genere possessor
nam detentationis saltem ratione improprie dr̃ possessor,
quod autem dr̃ possidenti non competere vendicationem, ꝓ
cedit quando omni genere possidet: ita ꝙ etiã detentat: tunc
. n. repellitur ꝑ ineptitudinem, sicut fuit iste repulsus, quod
dic, vt in ista gloss. prim. ad excludendum tamen agentem rei
vend. dixerim intelligendum ꝙ omni genere possideat: intel
lige tamen sane: quia enim sufficit sola detentatio vt exclu-
datur, licet non sufficiat possessio sine detentatione. In hac glo.
ibi, possessorem potius quam custodem. glo. hæc vult ꝙ in se
a questrum a non transfertur possessio † nisi de hoc exprimat.
7 ɔ̃riũ sentit J. ib. si ipsum posuit custodem, & hoc vltimum
tenet glo. de sequestra. c. 1. facit de acquir. poss. in tereste puto
nisi, gl. ff. depositi, licet §. j. concordantur autem hic: aut. n. se-
questratur voluntarie a partibus: aut necessario, vt a iudice.
primo casu transfertur possessio in sequestrum, nisi aliud ex-
primatur, & sic primus possessor desinet possidere: retinet ta
men commodum possessionis: quia sicut non tenebatur pro
bare ante sequestrum: ita & post ea, ne iste priuetur hoc priui
legio, & quia sequestratio non fit ad hunc effectum: sed vt fa-
cilius habeatur executio sententiæ. Item ad probandam tixã
inter partes. ff. de vsufru. æquissimum, & euitatur sequestratio
per satisdationem præstitam a possessore. ff. de offi. præsi. l. se-
natus. C. de agrico. & censi. l. tibis, lib. 11. fallit in casu cle. vni-
cæ, de sequestra. vbi dico qō. 22. Si vero sequestratio fit a iudi-
8 ce, non transfertur possessio, sed detentatio, nam † actus iudi-
cis non tollit possessionem quæ retinetur animo, de hoc per
Cyn. C. de prohi. sequestratio l. j. & procedit hoc, nisi iudex ex
primat, vt transferat possessionem, & tunc transfertur, de se-
questratio. c. j. ibi confessoria, de hac & de negatoria quotidie
huc remittimur, de verborum significatione, abbate. dr̃ autē
confessoria, & negatoria inspecto sensu: vt dicit gloss. ff. si ser-
uitu. vend. l. 1. & 2. & quantum ad modum concludendi dici-
mus confessoriam. i. assertoriam: quia agẽs asserit sibi seruitu
tem competere. negatoria vera proponit verbis negatiuis in
effectu: quia proponens asserit non deberi seruitutem: & sic
negat deberi, ibi, debuit agere miles. Oppo. ad hoc, ꝙ non cō
petieri militi negatoria nec confessoria: † quia istæ actiones
9 dantur pro iuribus realibus d. l. 2. §. hæc autem actio. si serui.
ven. hic autem agebatur de iure personali. l. patro. sequestra-
to penes A. vicedominum, quo casu persona ipsius vicedo-
mini remanet obligata. Solutio. dic standum ɔ̃rio, & ꝙ non
competit confessoria vel negatoria prima, sed quasi confesso
ria: vt no. Inn. in d. c. abbate. In fin. e. glo. ex hac glo. tollitur in-
tellectus c. secundum quem summam. potest tamen legi, &
alijs modis, si quæratur qua actione potuisset agi hic, nam se-
cundum glo. poterat agi confessoria. Item in eo, quod gl. di-
cit ꝙ iste egerit rei vend. Oppo. quia vendicatio competit ad
corporalia. ff. de rei ven. l. 1. §. per hanc, & l. 2. & J. ergo non ꝓ
patronatu qui est quid incorporale, vt no. de iurepa. c. primo.
Soluit Innocen. quod potuit agere rei vend. ad ecclesiam ra-
tione iuris patronat. quod habebat in ecclesia. ff. de contra. hẽ.
emp. qui tabernas, & similiter rei vend. pro quacunque actio
ne in rem, secundum Innocent. ita quod hic comprehendit
etiam confessoriam, in hoc tamen non persistit: quia licet isti
excludantur in rei vend. tamen admitterentur in confessoria,
quod est verum secundum Innocenti. quod rei vendi. de qua
hic, non per omnia imitatur vendicationem: tamen, vt præ
dixi, illa datur pro corporalibus: hæc pro incorporalibus tan-
tum. Item non imitatur confessoriam: quia datur etiam con
tra possidentem, hoc modo, & secundum hoc oportet dici,
quod hic esset vendicatio impropria, & irregularis, & sic es-
set vna actio noua, vnde obstat, quia certi sunt modi actionũ,
inter quos iste non computatur, ideo forte propter hoc In-
nocen. non persistit: sed aliter dicat & vario modo concludẽs
quod hæc inepta dicitur petitio: quia iudex nec absoluere

nec etiam condemnare poterat, quod intellige diffinitiue, &
dic, vt sequen. glos. dic quod hæc potest dici vera vendicatio,
& datur ad corporalia. s. ad ecclesiam, intelligendo ecclesiam
prout est corpus extrinsecum circundatum in iure, de verbo
rum signifi. causa, vbi de hoc in gloss. licet in effectu detur ad
corporalia. In gloss. penultim. oppono, debuit enim ab initio
pronunciari intentionem istius non tenere, per iura allegata
in glo. ibi, vero, vsque ibi, tamen ex hoc. Sol. vt in glo: quæ di-
stinguit, quod aut non statim ab initio constat de ineptitudi-
ne, aut constat, primo casu locum habet hic, secundo casu cō
traria, & no. gloss. ex qua in meo examine dixi colligi intelle-
ctum verum huius c. secundum quem dicit Innocent. quod
10 potius hic fuit ineptitudo intẽtionis quam actionis. † Nam
Ineptitudo actionis est, quæ apparet ex forma libelli ff. si men
sor fal. mo. dixerit l. 1. §. j. quæ sic loquitur secundum Innoce.
vel quæ aliunde notorie apparet: vt no. idem Innocen. de of-
fi. vic. c. 1. ineptitudo vero intentionis est quæ apparet ex pro-
cessu, & sic fuit hic: quia ex processu apparuit quod intentio
istius erat vt in processu constantini. de quo s. c. inepta. glo. au
tem non facit differentiam inter actionem, & intentionem,
& pro glo. est litera: quia ponit hic pro eodem. ibi, actionem,
& ibi, intentionem, & quod verior sit gl. quod hæc actio fuit
inepta, dicitur in litera, ibi, actionem &c. incongruentem, &
ineptam, vnde tunc dixi quod ex hac gl. obligatur intellectus
huius c. licet scribentes hoc non declarent, sic ergo dic vt di-
cit glo. quod de ineptitudine actionis quandoque constat ab
initio. quandoque non &c. vt s. & quod actio & intentio sint
idem, patet, quia intentio non est aliud quam id quod colligi
tur esse de mente agẽtis, per quod prosequitur ius suum. hoc
autem non est aliud quam actio, quę est ius prosequendi &c.
11 Oppo. ad hoc, † quod etiam si ex processu appareat de inepti
tudine: puta, reus non possidet, non per hoc debeat reus absol
ui. ff. de excep. rei iud. l. si a te §. si quis fundum. Solu. intellige
hic ꝙ apparuit de ineptitudine, & quod de ipsa constitit acto
ri ab initio: alias si actor putauit reum possidere, non pronun
ciatur actio inepta. sed si constat de dominio, pronunciatur
actor dominus, & reus absoluitur tanquam non possideos d.
§. si quis fundum, vbi dicit Bar. ꝙ esset scribendus literis au-
reis, & de hoc §. opposuit mihi in examine maximus doctor
dominus Io. de Fantu. videtur enim ille §. contradicere huic
c. in eo, quod ibi pronunciatur diffinitiue, hic autem interlo-
cutorie absoluitur reus ab instantia, & in hoc multum insti-
tit dictus do. Io. postea inueni in eius scriptis, quod ad euitan-
dum contrarium dicit hoc intelligendum quando de inepti
tudine constat antequam liqueat de iure agentis: magis autē
quando iam liquebat, pro hoc facit ista litera, ibi, testes indu-
xeris, idest inducere volueris, pro qua tamen facit prin. c. exa-
minata causa, & sic videtur, quod fuit ad Papam remissa in-
structa, & dic quod etiam si liqueat de intentione agentis, ad-
huc est locus huic c. quando constat quod actor fuit in culpa
vt hic, sciuit enim M. cui scribebat Papa hoc capitulum, vel
scire debuit ab initio, quod non poterat ecclesiam vendicare,
ex quo ipse, vel sequester possidebat, non milites: vt s. in casu
l. 3. §. si quis fundum, licet constet reum non possidere, non
constat quod actio fuerit inepta: quia non constabat quod
actor sciuerat ab initio quod non possideret: & procedit hoc
vbi reus sciens se non possidere obtulisset se liti: tunc enim
condemnatur ac si possideret, de excep. ca. aduersario. ff. de rei
vend. is qui se. & quod dicatur se obtulisse, dic vt ibi, & hæc si-
gna: quia maxime vtilia, & per scribentes non declarata. Quæ
12 ro † peto fundum, dicens ad me pertinere iure dominij vel
quasi, & propono ad hoc actionem ex locato, deinde probo
me dominum, dicit Innocen. quod hæc actio fuit inepta, nō
intentio. ideo obtinebo, quod est singu. & videtur procedere
præsupposita differentia inter actionem, qui tamen vere non
distinguit in effectu. vt s. vnde formalius diceretur, quod hic
ex libello colligitur duplex actio. vna expressa, & hæc inepta.
alia tacita. s. rei vendicatio: & hæc apta. & ideo nimirum si ob
tinebo, vt intelligatur res eo modo quo melius valet, nam il-
la adiectio, ex locato, est superflua: ideo non vitiat. ar. de verb.
ob. qui extrinsecus. ff. de conse. dist. 4. si non sanctificatus, not.
de baptismo c. 1. dicit tamen Cal. ꝙ si reus ab initio exciperet
de ineptitudine, & actor non corrigeret libellum: expelleret
tanquam ex hoc habeat intentionem ineptam, quod placet
ar. huius c. Quæro circa hoc, peto rem iure dominij vel qua-
si, quia emi a tali, qui erat dominus, quod licet non teneret
exprimere causam, tamen ex quo expressi, si non probem, et
si aliun-

ADDITIO.

a In sequestrum. Adde Ab. in c. 2. de sequestra. poss. & fru. Cal. in c. cum olim. de resc. ip. Lud. Ro. in l. interesse. ff. de acqui. pos.

fi aliunde probem de dominio, fuccumbam, de re iud. abba-
re.lib.6. & de per hoc Ioan. And. in Spe.de emp.& ven.§.feq
13 tur.ver.quocũq;.† Quæro in eo quod dixi ꝙ hoc pronuncia
a tur interlocutorie.an hoc fit verum quod fententia lata pro
pter ineptitudinem fit interlocutoria, videtur enim ꝙ fit dif-
finitiua.ff.de act.cum Titia, vbi glo dic ꝙ immo interlocuto
ria, poteft enim ferri ante litem contefta. quod non poffet fi
effet diffinitiua.ff.quod met.cau.metum, §.fi ex facto, ibi, in-
terlocutoria, vbi op.tex.ꝙ fi prõũciatur de aptitudine, eft in-
terlocutoria, fi de ineptitudine, Bar.in l.cum Titia.dicit ꝙ eft
interlocutoria quo ad folemnitatem : quia poteft ferri fine
fcriptis, pro hoc de defpon. inpub.ad diffoluendum, fed in ef-
fectu eft diffinitiua, fi pronunciatur ius agendi non cõpetere,
fed hoc non fertur propter ineptitudinem : nã fi non fertur
propter ineptitudinem, eft interlocutoria vt hic. Ex hoc in-
fertur, quod, in cafu ifto, fi ageretur coram delegato, & pro-
nunciaret actionem ineptam, non erit functus officio, fed po
terit iterum cognofcere, de hoc in Specu.parte 1. de offi.iud.
§.defetuit. ver.quid fi proponens, & in eo, quod dixi de abfo-
lutoria ab abfolutione iudicij, dicit Bal.de iudi. fancimus, qđ
habet vim diffinitiuæ, per l.fi reus.ff.de procu.inf. de perpe.&
tempo.in fin. vnde fecundum eum ante lit.contefta.non po-
teft ferri a delegato: fed folum ab ordinario, mouetur per di-
ctum Pe.in l.fi reus, dicentis, quod ante lit.conteft. delegatus
habet officium folum quo ad condemnandum in expen.nõ
quo ad caufam principalem, quod non habet iuris fundamẽ
tum, nam delegatus in illa non habet minorem poteftatem
quam ordinarius, immo maiorem, de offi.deleg. fane.cl 2.de
offi.leg.ftuduifti.poterit ergo ferri etiam a delegato.tamẽ in
eo, quod dixi ꝙ eft interlocutoria.hoc not.Inn.& Pau.de do-
lo & contu.c.finem, & ff.fi ferui.vend.l.horum.

ADDITIO.

a An fententia lata. Adde Ab.in c.audiftis, in 4.no.de procura. Ab. in c ad dif
foluendum, in primo no.de defpon. impu. Pau.de Caft in l.de vnoquoque,
ff.de re iu.Pe.de Anc.confi.16.incipiente vifo proceffu.

SVMMARIVM.

1 *Templi præceptores poffunt agere & defendere pro fuis domibus.*
2 *Religio tollit omnem maculam.*
3 *Prælatus agens caufam ecclefiæ, an teneatur oftendere quod fit præ-
latus.*

1 CVm deputati. Præceptores templi pro
fuis domibus agere, & de-
fendere poffunt: nec ob. eis religio, quod fint igno-
ti, diuiditur in duas partes, prima refert iniuriam q̃
fiebat præceptoribus. Secunda eam reprobat. Secunda ibi, ne
2 quis. No. quod religio † tollit omnem maculam a, quod vi-
a detur velle litera: dummodo conftaret, ꝙ effent religiofi &
præceptores: tunc enim admittuntur ad agendum, non obftã
te exceptione quod fint inhabiles ex natalibus vel infamia. In
glo. fecunda, ibi, effe procurator, de hoc dic vt nota. de iur.ca-
lum. imperator. In fin. eadem glo. facit hæc gloff. cum hac li-
3 tera, ad quæftionem de prælato † agente caufam ecclefiæ, an
teneatur oftendere quod fit prælatus, & dic fufficere quod ha
beatur pro prælato, quod dico de elect. nihil, de iftis antẽ præ-
ceptoribus, quale fit eorum officium, & an ex dolo vel culpa
vel facto ipforum teneatur adminiftrator, habes hic per Inn.
& plenius per me.

ADDITIO.

a Tollit omnem maculam. Adde glo. in verbo fauore religionis in c. 2. de apo
fta.gl. in verbo difficile. in c. quantumlibet 47. dift. diffufe per Card. Alex. 56.
dift. in gl. fummæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudices ecclefiaftici laicis conquærentibus de clericis iuftitiam exhibe
re debent.*
2 *Clericus non poteft trahi coram laico, etiam in caufa reconuentionis.*
3 *Ecclefiafticus fupplet negligentiam fecularis, non e conuerfo.*

1 QValiter & quando. † Iudices ec-
clefiaftici lai-
cis conquærentibus de clericis iuftitiam debent
exhibere, deciditur de fi.c.qualiter ĵ.de accu. Tria
fecit primo ꝑcipit. Secundo remouet impedimentũ, ibi, non
obftantib. Tertio rationem reddit ibi, ne. No. dictionem ibi:
omnino fieri prohibemus, & fic prohibetur vniuerfaliter, ex
a quo arguitur, clericum † non poffe trahi coram laico etiã in
caufa reconuentionis, fed tenentes ꝯ dicunt, ꝙ tunc non tra-
hitur, fed retrahitur, quod nihil eft, quia non acceffit in cau-
fa reconuentionis. Item poffet a cõuẽtione defiftere, fi vellet
ex toto renunciare liti. dico, de caufa poff. paftoralis, fed non a
reconuentione in qua compellitur inuitus: quia iudiciũ red-
3 ditur in inuitum. de hoc ſ.c. at fi clerici. In fi.gl.fi. fic ergo† ec
clefiafticus fupplet negligentiam fecularis non ecõuerfo: qa
ecclefiafticus fuperior eft, fuperioris autem negligentiam nõ
fupplet inferior. ad hoc 9.q.3.cum fimus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex habens confimilem caufam a iudicando remouetur.*
2 *Iudex remouetur propter fufpitionem etiam non præcifam.*
3 *Surrogatio facilius fit quam recufatio, & in quo differant.*

CAufam. Iudex habẽs confimilẽ caufam a iu
dicando remouetur, vel fic. Si iudex
habet caufam ɔfimilem fibi commiffæ, delegans
loco eius alium mittit. duo facit, primo recitat
delegationẽ. fecũdo caufam remotionis vnius delegati, & aliũ
furrogat, ibi, quia vero, & intellige, ꝙ fit magna fimilitudo,
vt in litera ibi, fimilis pene. 1. quafi, & pone cafum, vt quia ar-
chidiaconus agebat dicens fibi deberi certa iura in hoc mo-
nafterio fui archidiaconatus, quia fic erat de ɔfuetudine in
Francia, ꝙ archidiaconi haberẽt talia iura in monafterijs fuo
rum archidiaconatuum, hæc caufa fatis concernebat archid.
parifienfem datũ delegatum, quia præfumitur, ꝙ potius iu-
dicaret pro archid. quam ꝯ. tanquam fautor ɔfuetudinis. No.
2 ibi, pene. ꝙ † remouet iudex propter fufpitionem, etiam non
non præcifam. & dicit Inno. quod dicit pene, quia vix poffet
inueniri oĩno fimilis, & an fit fimilis, boni iudicis arbitrio re
linquitur, fecundum eum, quod no. In gl. 1. ibi, ad omnes cau
fas, fi fubaudis fimiles, non competunt exempla quæ fequun
tur in gl. nifi dicamus ꝙ caufa iurifpa. & caufa decimarum funt
fimiles: quia vtraque ecclefiaftica: fed hęc nimis lata exem-
tio. fi autem nõ fubaudis fimiles, fuperfluum videtur dictum
glo. & impertinens, cum hic in litera dicat de caufa fimili, ibi
ad furrogãdum. no. gl. ꝙ facilius fit alterius furrogatio quam
3 recufatio, & differunt, quia recufatio proponitur coram iudi
ce qui recufatur. de offi. deleg. fufpicionis, furrogatio petitur
coram delegante. Item, prima magis videtur grauare opi. iu-
dicis, quam fecunda: quantum tamẽn ad exemplum, quod
3 pa succedit. ad hoc allegatur quotidie † non tamen omnino probat: sed solum ponitur hic ista causa ad inferendam maiorem necessitatẽ, & rationabilitatẽ, quod plenius. ℑ. dico. No. ꝙ cõsules, & sic vniuersitas seu collegium recusatur. de hoc s. titu. 1. c. 1. Nut. ꝙ ex hoc ordinarius etiam laicus recusatur, contra. C. de iudic. l. apertissimi, & l. cum specialis, not. de appel. cũ speciali. dic, ꝙ iste subordinabatur iudici ecclesiastico scilicet episcopo, & sic colligitur casus secundum hoc, ꝙ ordinarius secularis, cuius iurisdictio subordinatur ecclesiastico, potest recusari. pro hoc, quia isto casu iudicatur secundũ canones, de appella. si duobus. In glos. 1. ibi, in pendenti, contra est litera: ibi, irritas, & inanes, quę probat, ꝙ literæ sunt nullæ, & hoc verius, quod dico in c. sequenti. In glo. pen. ibi, non inuenitur. Oppo. sup. titu. 1. nouit. quia non debet Papa se impedire de laicis. Solutio. hoc speciale, cum vacat imperium, ita communiter intelligitur. posset tamen dici quod hic nõ probatur, nisi quod tunc maxime potest ad Papam reccuri. i. in casu huius c. nam secundum rationem glo. ꝙ etiam vacan
4 te regno † succederet Papa, quando rex non recognoscit superiorem, pro hoc qui fil. sint legiti. per venerabilem. Innotamen dicit, ꝙ non potest se intromittere nisi per denunciationem: vt s. titu. 1. dicens, ꝙ specialis coniunctio est inter Papam, & imperatorem: quia Papa cum consecrat, & examinat
b & imperator est eius aduocatus, b & ei iurat, & ab eo tenet imperium. de elect. venerabilem. 63. di. ego & c. tibi Domino. Et ex hac cõiunctione succedit Papa vacante imperio: vt hic Inno. quod no. & quod dixi, ꝙ imperator tene imperium a Papa: non intelligas ita ꝙ ab imperatore ad Papam possit appellari: sed eo modo de quo dixi in d. ca. nouit. In glo. vlt. ibi. locale est, Gof. dicit, ꝙ hic aditur episcopus per appellationem vt quia consules recusat, nihilominus procedebant, pro hoc facit litera. in fin. ibi. sicut superius expressum, aut est expressum de appellatione, ibi, maluerint appellare, vel aditur episcopus secundum Goff. nisi recusati capi committant, alii aliter soluunt, sed quia & solu. videtur dicta, & sol. aliorũ patiuntur calumniam: ideo standum pro gl. pro qua facit litera ibi, hactenus seruatum est, & in fi. Opp. in ver. quia hoc. c. irritas, contradicit seq. sol. ibi.

ADDITIONES.

a Vacante imperio. Adde Doct. in ca. nouit. supra de iudic. Bal. in 1. constitu C. Bal. in l. executorem C. de exec. rei iudi. ludo. Rom. in suis singu. in versi. imperium. & in ver. vacante.
b Imperator est eius. Adde. c. ecclesia meæ 97. dist. in cle. 1. de iureiu. in §. dudum, & ibi Car. in 10. no. Aug de ancho. in trac. de potestate Papæ. quæstio. 35. artic. 6.

SVMMARIVM.

1 *Vidua quo casu sit de foro ecclesiæ. & nu. 3*
2 *Literæ surreptitiæ ad lites non vitiantur ipso iure.*
4 *Appellari potest ad Papam omisso medio, de iure canonico.*
5 *Literæ impetratæ per laicum a Papa, an & quando teneant.*

Ex tenore Summa vt sup. ca. proxi. primo ponit quęrela, secundo prouisio
1 ibi nos, Nota. quod † vidua a non est ipso iure de foro ecclesię: vt hic, sed ita demũ si est spoliata. ℑ. eod. ex parte. Nota. quod uidua, etiam non spoliata, licet nõ sit de foro ecclesiæ actualiter, tñ est habitualiter, in tm̃, ꝙ si impetrat literas, a Papa, nõ statim sũt nullę, sed pẽ-
* dẽt. qd dic vt ℑ. dicã in gl. In gl. 2. ibi, securiano, *põt intelligi secundario, vt exponit glo. vel idest in defectum iudicis secularis, quod dic vt in sequenti contratio. Opp. ad hoc & ad literam in hoc, quod hic literæ sunt in pendenti. vnde ob. supra c. proxi. vbi decernuntur nullæ, gl. ista in c. præcedenti intelligi illud secundum istud, & sic quod etiam ibi sunt in pẽdenti, & idem Host. nisi sint impetratæ per surreptionẽ, vt quia in c. præced. dixit impetrãs iudicem secularem esse negligentem, qui non erat, hęc sol. repugnat literæ, ibi, irritas. Item nõ
2 est vera in eo quod dicit de literis surreptitiis, † nam literæ surreptitiæ ad lites non vitiantur ipso iure. de rescrip. super literis. aliter ergo & communiter dicitur, quod in c. præce. decernuntur nullæ: quia ibi fuerunt impetratæ a laico, qui non erat de foro ecclesiæ habitu nec actu. hic autem vidua impetrans erat de foro ecclesiæ saltem habitu. vnde dicit Innocẽ.
3 quod papa super viduis habet iurisdictionem, sed defert iudici seculari, vt non procedat, nisi cum secularis est negligens: sed in alios laicos non habet iurisdictionem, nisi causa deferatur ad ipsum per appellationem, vt in c. licet, & hoc de app. procedit vt dixi ibi: quia consuetudo habebat quod a consulibus appellaretur ad episcopum, & quia, de iure canonico,
4 cum est appellandum, potest appellari † ad Papam omisso medio. ita potuit ibi, sed contra hoc est: quia ex quo episcopus ibi succedit in iurisdictione seculari, debẽt de iurisdictione iudicari ac si esset penes iudicem secularem. dic quod immo non. nam propter translationem ad ecclesiasticum assumit naturam ecclesiæ. arg. de iurepat. ca. vno lib. 6. vbi si a laico donatur ecclesię ius patronatus, ecclesia habet sex menses ad præsentandum, sicut habet patronus ecclesiasticus, non quatuor tantum, sicut habet patronus laicus, & hoc est valde singulare, & facit ad multa, & maxime procedit exponen-
b do dictionem præsertim b pro maxime, alij autem exponunt pro tantum, quod est impropriatio. Ex prædictis habetur intellectus huius c. & præce. sed quantum ad c. præcedens ob. litera ibi: dummodo &c. quæ innuit, quod etiam ibi sit in pendenti. Sol. communiter legitur ibi per subauditum, sic, irritas & inanes, subaudi & alias impetrari nõ posse, dummodo &c. sed sine hac suppletione dic quod decernuntur irritæ, dummodo consules exhibeant iustitiæ complementum, i. dummodo verum sit quod tempore impetrationis erant parati exhibere, & sic pręsumitur, nisi appareat de negligentia. vnde secundum Inn. ver. dummodo, hoc vult, ꝙ cum secularis fuerit negligens, ab eo potest ad Papam appellari, & super appel
5 latione impetrari, & cum quæritur, an † & quando literæ per laicum ad Papam teneãt vel non, dic comprehendendo dist. Calde. ꝙ aut hoc habet consuetudo in loco, & ualet. sup. c. si clericus. sup. tit. 1. nouit. aut nulla est consuetudo, & tunc aut causa de sui natura est ecclesiastica & valet. sup. c. cum sit, inf. c. conquestus. de excep. c. 2. lib. 6. aut non est de foro ecclesiastico, & eo casu, aut locus est de temporali iurisdictione ecclesiæ, & valet. de app. si duobus. de testa. Rayn. & Raynal. necle. vel mo. c. fi. li. 6. aut non est de temporali iurisdictione, & pertinet ad Imperatorem, & vacat imperium, & valet: quia papa succedit. sup. c. prox. quod sic intelligitur. non tamẽ probat, vt ibi dixi, loquitur enim solum de appellatione ad papã interponendam vacante imperio. bene tamẽ facit ad hoc, & minime sunt mutanda &c. aut iurisdictio pertinet ad alium iudicem secularem, vel pertinet ad imperatorem, & non uacat imperium, & tunc, aut literæ sunt surreptitiæ, & elidẽtur per exceptionem. de rescr. super literis. aut non surreptitiæ, et hoc casu, aut impetrans est miserabilis, aut non, si sic: quandoque statim valent, quando. s. est de foro ecclesiastico habitu & actu inf. c. ex parte. quandoq; non statim, sed sunt in pẽdenti, quando. s. est de foro ecclesiæ habitu, sed nõ actu, vt hic non erat spoliata: sed in ca. ex parte, sic, quod etiam dicitur in hac gl. si vero persona est non miserabilis, decernuntur nullæ, vt in c. licet. per hoc declaratus est intellectus huius ca. & præcedentis, & quod dicitur in hac gl. 2. inf. in gl. vlt.

ADDITIONES.

* Adde ex hoc uideri, glo quam habebat Card. non conuenire his, quæ communiter habentur, quod intuenti patet.
a Quod vidua. adde gl. in c. licet 87. di. Car. Zab. in c. significantibus. in 2. q. de offic. deleg.
b Dictionem præsertim pro maxime. Adde doc. in c. ex literis. de homi. Ioan. And. in add. Spe. ti. de test. in §. 1. uer. item excipitur quod est impubes.

SVMMARIVM.

1 *Clericus etiam uolens coram iudice laico trahi non potest. & nu. 8.*
2 *Ordo disputandi, scribendi seu recitandi qualis esse debeat.*
3 *Priuilegium super immunitate clericorum cõcernit utilitatẽ publicã.*
4 *Pactum contra legem iuramento non ualidatur.*
5 *Clericus non potest reunciare priuilegio.*
6 *Causa remota non attenditur, sed proxima.*
7 *Mulier non potest reuntiare Velleiano.*
9 *Renuntiari cui iuri possit, & nu. 10.*
11 *Probatio angustari non debet.*
12 *Sententia in quibus requiratur.*
13 *Citatio an attendatur, an contestatio, uel sententia, quando punitur uocans in iudicium.*

14 Clericus litigans quando perdat quod euicit.

1 SI diligenti. † Clericus, etiam volens, etiam ſi
hoc iuret, non poteſt trahi corã
laico iudice. Primo ponitur conſultantis falſa opi-
nio. Secundo impugnatio, ibi, immemor. Tertio
excluſio. ibi, manifeſte. Quarto ſoluit vnum obiectum: ibi.
2 cum non ſit. Quinto aliud, ibi: nec iuramentum. Nota † or-
dinem diſputandi, ſeu ſcribendi, ſeu recitandi: vt primo
referantur falſæ opiniones, ſecundo impugnentur. tertio
ponatur vera concluſio, probetur, quarto reſpondeatur ad
contraria, ſic proceditur hic. Nota illud. pacto priuatorum,
&c. quod dic, vt in gloſſ. 1. & eum ea dicam. Nota diſpoſitio
nem conciliorum, de quibus hic in verſic. cum non ſit, quod
3 † priuilegium ſuper immunitate clericorum concernit vti-
litatẽ publicam, ne ſcilicet clerici retrahantur ab officiis di-
uinis. & ne de diuinitate cognoſcat laicus. argu. C. de epiſco.
4 & cler. authent. cauſa quæ fit cum monacho. † Nota, quod
pactum contra legem non validatur iuramento: & tunc di-
citur iuramentum præſtitum non inducere aliquod robur:
regula non eſt obligatorum. libro ſexto. In gloſſ. prima ibi.
argu. hęc vera quæ allegat gloſſ. vſque ibi ſuper hac, præter.
l. ſi quis in conſcribendo, loquitur enim in iure non publi-
co: ſed hic de priuilegio immunitatis clericorum, quod eſt
publicum: quia concernit publicam vtilitatem, vt in notabi-
libus, vnde ſicut clericus non poteſt renunciare clericatui:
5 † ita nec iſti priuilegio, quod conceditur ſibi: non tanquam
ſibi, ſed tanquam clerico, & ſic clericatui. Oppono. ad hoc,
quia, macedonianũ, de quo in gloſſ. concernit fauorem pri-
uatum, ſcilicet patrumfami. & tamen ei non renunciatur: &
in gloſ. quæ pro ſo. diſtinguit: an ſit ius ſeu priuilegium fa-
uorabile tñ: an fauorabile, & odioſum, quod dic, vt in gl. &
ſi cõmuniter dicitur: ſed videtur non procedere, nam incon
ueniens eſt dicere, quod priuilegium ſit odioſum, cum cau-
ſa concedendi priuilegium ſit fauor eius qui priuilegiatur,
ff. de legi. quod fauore, de priuileg. tane. licet quandoque per
modum cauſæ remotæ concedatur in odium alterius, quæ
6 cauſa remota non attenditur: ſed potius proxima, ff. rerum
amotarum, ſi mulier in princ. vbi gloſ. dico de elect. qualiter.
Item non eſt verum indiſtincte, quod macedoniano non
poſſit renunciari: quia immo poteſt per patremfami. quia
fauor attenditur: & etiam ipſe filius factus ſui iuris hoc po-
teſt. C. ad macedonia. zenodorus, verius ergo dic, quod mace
doniano non renunciatur, ſcilicet per filiumfami. quia tale
beneficiũ principaliter emanauit in fauorem patrumfami.
donec filij ſunt in poteſtate, ſed poſtquam ſunt ſui iuris: iſte
ipſe fauor ſequitur filios ſicut, & obligatio. Oppono. etiam
7 ad id quod dicit gloſſ. de velleiano: † quia immo non poſſit
renunciari. nam pari facilitate induceretur mulier ad renun
ciandum, qua inducitur ad intercedendum, & ſic priuile-
gium eſſet inutile. pro hoc, ff. de noua. doli. §. diuerſum. Iaco.
de Rauen. Petr. & Cyn. C. de epiſco. & cleri. ſi quis in con-
ſcribendo. ſtant iſti rationi, & damnant gloſſ. ff. ad velle. l. 1. §.
penult quæ tenet id quod hic gloſſ. Et ad l. fin. § penult. ad
velle. quæ hic allegatur, reſpondent, quod ibi interuenit bi-
na renunciatio: quæ valet. C. ad velle. ſi mulier, 2. & authen.
ſiue. Ioan. And. dicit, quod in dicto §. penult. non fuit bis re-
nunciatum: ſed primo fideiuſſit, ſecundo ſuſcipiendo iudi-
cium renunciauit, quod eſt verum: vt ibi patet. Item verum,
ex ratione iſtorum concluderetur, quod ad ſecundũ, vel ter-
tiũ renunciatio non teneret: quia pari facilitate &c. ad l. do-
li. Reſpond. quod ibi non renunciauit: ſed prius interceſſit,
poſtea nouauit, & propter has varietates tollendas obſerua-
tur, quod mulier iurat: & ſic obligatur, de iure iur. cum con-
tingat. Bartol. tamen in l. doli. tenet opinio. prædictorum,
ſed verior eſt gloſſ. Et dic, quod ſicut ex interuallo poteſt mu
lier renunciare. dict. l. ſi mulier. & authenti. ſiue. ita, & incon
tinenti, dummodo ſit certiorata: vt nota. in dict. §. penul. ſic
dicimus, quod minor debet certiorari: vt no. de emp. & ven.
cap. pen. nec procedit ratio, quod pari facilitate, &c. nam, ex
quo certioratur, habet cauſam deliberandi: ibi, iudex. ibi re-
nunciauit ipſo facto: vti reſtitutione ſibi conceſſa. de hoc in
Specul. parte ſecunda. de reſti. in integr. §. qualiter. circa fin.
ibi. Item, & alia ratio. pro hac ratione facit hæc litera ibi de
8 iura. calumniæ, cap. 1. in fin. Oppo. quod immo † clericus poſ
ſit conueniri coram laico. C. de epi. & cler. omnes, & authẽ.
clericus. Solutio: iſtę corriguntur per authen. ſtatuimus. C. eo.
quæ concordat huic cap. Oppo. ad idem de. le. ſi quis in con-
ſcribendo, ſupra alleg. in gloſſ. quam omiſi. ibi reſpondetur
multipliciter, & inter cæteras ſolu. vna eſt ibi, q loquatur
in caſu authen. habita. C. ne filius pro patre. vbi conceditur
priuilegium ſcholaribus, quod habeant plures iudices, ſcili-
cet epiſcopum loci vbi ſtudent: & doctorem ſuum. addit ibi glo.
& tertium, ſcilicet præſidem, id eſt poteſtatem, hodie etiam
habent quartum, ſcilicet, rectorem vniuerſitatis: vult ergo
hæc ſolu. quod clericus ſcholaris poterit velle litigare coram
poteſtate, ſed quidam dicunt illam authenticã. procedere in
ſcolaribus non clericis: ſecus in clericis, quia tale priuilegiũ
eſſet contra canones, & cõtra dictam authenticã, ſtatuimus,
in quantum eſt clericus, & ſi opponatur, infra eod. ſignifica-
ſti. ibi, clerici non poſſunt recedere a ſuo epiſcopo, dic illud
de epiſcopo dioceſano. nos autem loquimur de epiſcopo lo-
ci: vbi clericus ſtudet. Et Archid. hic, quædam alia pulchra
hic ſcribo. Ibi. laicus non, & aliud in eo quam in clerico: quia
clerici ſunt priuilegiati: vt hic. Item aliæ rationes redduntur
11. quæſtio. 1. inolita. Ibi, non in criminali, idem nota. in cap.
inolita. contrarium nota. gloſſ. ſub dubio forte. C. de iur. om.
iudi. l. 1. dummodo iudex cuius iuriſdictio prorogatur ha-
beat merum imperium, & hoc tenet de offic. delega. p. & g.
& de hoc in Spe. de compe. iud. adi. §. primo. ver. ſed nunquid
9 in iudicem. Et in fin. cum quæritur. † cui iuri, vel priuilegio
poſſit renunciari, dic, quod aut illud ius eſt naturale, & non
renunciatur, ff. de pact. ius agnationis, quia naturalia ſunt im
mutabilia. not. de conſue. cap. fi. aut eſt ius poſitiuum, & tunc
aut in fauorem renunciantis, & alterius, & non poteſt renun
ciari in alterius præiudicium. de arbi. cum tempore. de ſent.
excommu. contingit, & ff. de pact. do. l. ſecunda, & facit hoc
c. aut in eſt fauorem renunciantis tãtum, & eo caſu aut illud
ius non eſt in poteſtate renunciantis, & non valet renuncia-
tio. ff. ad l. aquil. liber homo. de præben. dilecto. ibi, eo quod
huius ſpirituale ius diuidi negant, & facit hoc cap. aut eſt in
poteſtate renunciantis, & tunc, aut eſt contra bonos mores,
& non tenet, ff. de pact. l. fi. infra de ſe. cap fi. de iureiur. quin-
taual. aut non eſt contra bonos mores: ſed bene in poteſtate
renunciantis, & tunc aut per renunciationem inducitur
alius ad delinquendum: & non valet, ff. de pact. ſi vnus, §. il-
lud. de iureiuran. quemadmodum. aut non ſic inducitur, &
regulariter valet: vt hic, & de conſti. cum acceſſiſſent. fallit ſe
cundum quod nota. in l. ſi quis in conſcribendo, in quatuor
caſibus quos enumerat, dic tamen quo ad hoc, quod quo ad
10 prædicta, indiſtincte poteſt quis † renunciare iuri, quod con
cernit eius fauorem tantum: ita tamen q per hoc non veniat
contra bonos mores. ff. ſolu. matri. alia. §. eleganter, pro præ-
dictis facit quod not. glo. notabilis in Authen. vt ſine prohi.
bi. matres, §. quia vero. vbi dicit, quod nõ valet pactum quod
faciunt debitores de non probando ſolutionem: niſi per in-
11 ſtrumentum: quia teſtificari eſt vtilitas communis, nec † pro
batio debet anguſtari. C. de hæreticis, quoniam, vt lite non
conteſta. quoniam frequenter. nec ad vnam ſpeciem coarcta
ri. de renun. in præſentia. de hoc in dict. §. quia vero, per la. de
bel. & in Spe. de probatio. §. videndum, verſi. pone. vbi etiam
ponitur opinio contraria. In gloſſ. ſed nunquid. ibi Hugutio
contra, verior opinio Io. quam ſentit gloſ. & idem nota. in l.
in criminali. allega. in gloſſ. vbi hoc tenet gloſſ. penul. Idem
Innocen. & alij pro hoc. C. de aſſer. tol. 1. in fi. de hæreti. l. qui
cunque. ante fin. & quod no. in regula in pęnis, lib. 6. & C. ne
filius pro patre. auth. habita. in gloſſ. fin. & datur regula quod
in his quæ imponuntur a iure, requiritur ſententia: † niſi illa
12 habeant ſenſum de præſenti non trahibilem ad futurum: vt
quia dicit, ſit priuatus, & excommunicatus, quandoque ta-
men etiam huc caſu improprantur, & exponitur ſit, id eſt
fiat ſupra cap. 2. in gl. vltim. quando autem verba poſſunt tra
hi ad vtrunque ſenſum, interpretamur in mitiorem partem
vt ſit opus ſententia. ut ſi dicit, priuetur: uel cadat a cauſa, vel
quid ſimile de hoc in d. l. in criminali. in gl. & C. de ſac. ſanc.
ec. iubemus, §. fin. In gloſſ. eo ibi benignus, ſed primum ve-
rius, quia hic punitur trahens per citationem: facit, quis tra-
hitur, quia iudicium redditur in inuitum: pro hoc l. quam
uis de in ius uocam. alleg. in glo. vbi caſus ſecundum ueram
lectio. quia ibi remittitur pœna ſi deſiſtit ante conteſtatio-
nem, & eſt ibi ſpeciale. ergo regulariter contrarium eſt ius
commune. pro hoc, quod dicitur in gloſſa, prædenti. ge-
13 neraliter autem cum quæritur an attendatur † citatio: an
conteſtatio, uel ſententia, diſtinguitur: quia quandoque
punitur uocans, uel trahens, & procedit quod nunc di-
xi: quod ante conteſta. eſt locus pœnæ, per prædicta, & ad
idem. ff. de ædi. edic. quid ſit fugitiuus, quandoque punitur
petens: & attenditur conteſtatio: quia ante petere non dici-
tur l. amplius. alleg. in glo. de verborum ſignificatio. ex parte.
nec poſt conteſtationem eſt locus pœnitẽtiæ: quia iam quę-
ſitum eſt ius aduerſario. facit de election. ab eodem libro ſe-
xto quandoque punitur accuſans, & poteſt pœnitere vſque
ad ſententiam: vt in l. Papa, & in l. auia. allga. in gloſſ. quaſi. l.
videatur cogitaſſe de effectu accuſationis. ff. de bon. libe. qui
cum maior. §. accuſaſſe. In gloſſ. ſacramentorum. ibi, in fine.
dic, quod habentur, vt extranei, id eſt excommunicantur,
nec abſoluunt niſi ſatisfaciant clerico & eccleſię cui facta eſt
iniuria.

iniuria.sup.2.In glo.sed quid in fi.sic ergo non refert an sen-
tentia feratur pro clerico,an contra:quia si pro,non tenet, id
est non potest vti si vult locum obtinere.i.non deponi.si con
tra,statur sententiæ in odium eius:vt in glo.In gloss.ecce.ibi,
sic.dic,φ non est propria optio:sed est sensus, φ in ciuili cle-
14 ricus † sponte litigans coram laico perdit quod euicit, & si
facit resistentiam in soluendo, vltra hanc pœnam, perdit lo-
cum suum,& litera,ibi si locum &c.est quædam commina-
tio.sic,& alle 88.dist.consequens.In glo.vlti.ibi.quanto. dic,
vt in fi.glo.ibi,debitores,dic vt ibi.Ibi.l.3.sed dic vt in d.c.de-
bitores.Ibi,creditricem,de hoc ibi,& de renun.sane. Et in fi.
dic,φ aut iuramentum accedat obligationi reprobatæ fauo-
re singularum personarum,& valet:vt in c.cum contingat.
& dic vt ibi.

SVMMARIVA.

1 *Episcopus cognoscit de delictis clericorum suorum.*
2 *Iudicandi potestas acquiritur per consuetudinem.*
3 *Iudex delicti quid possit contra delinquentem,tam in suo, quam in alie no teritorio existentem.*
4 *Imperium merum conceditur solum a lege.*
5 *Consuetudo quam iurisdictionem tribuat.*
6 *Consuetudo est lex,& uincit legem.*
7 *Imperium merum inter ecclesiasticas personas an & quomodo præscri batur.*
8 *Excommunicare est actus iurisditionalis.*
9 *Iurisdictio non habens coerctio non est frustratoria, tum declaratio ne ut ibi.*
10 *Ordinarius exequitur sententiam sui delegati.*

CVm contingat. Solus episcopus iudicat
de criminibus clerico-
rum suę diocesis,nō autem etiam si clerici eis seruiāt,
nisi de iure speciali eis cōpetat. Communis diuisio.
secunda,ibi super quo.pars de decimis,cum cōtingat. no.ibi.
Interdum emergunt, & sic non frequenter, quod dic, vt de
despon.impu.literas,no.φ solus episcopus fundat intentio-
nem suam de iure communi in sua dioce. ibi,ad te: vt pote
1 ordinarium.de offi.ordi.c.1.de rerum permu.c.vno.li.6.† No
a ta ibi,maxime,a φ episcopus cognoscit b de delictis clerico-
b corum suorum etiam alibi commissis, & hoc intelligendo
maxime propriè.glo.tamen intelligit tantum.prima verior,
& expositio glo.est propria,& ex hoc colligitur,φ iudex do-
micilii iudicat de delictis subditorum, etiam in alia dioc.si,
vel teritorio commissis,de hoc de rapt.ca.1.J.c.fi.no.ibi,licet
illos excommunicare,&c.quod est date iurisdictionem sine
coerctione:& est casus quem nescio alibi:quod tamen dic vt
2 J.† No.φ per ius speciale,etiam per consuetudinem,acquiri
tur merum imperium,seu potestas iudicandi,& puniēdi cri-
mina.de hoc.J.& in hoc etiam est hic casus singularis.In gl.
i.ibi.i.tantum,melius propriè.pro hoc facit,quod no.de sum
ma trini.c.2.ad.fi.Ibi.deponi.oo.gl.quæ est notabilis in hoc,
quod licet episcopus delicti iudicet de delicto,clericus tamē
delinquens non potest deponi nisi a diocesano.multi tamen
contra,& verius,quia potest punire delinquentem secundū
omnem potestatem quam habet,forte autem glo habuit re
spectum,φ iudex delicti esset non episcopus.puta Archidia-
3 conus,pro prædictis de rap.c.1.& dic,† φ aut delinquens re-
peritur in loco delicti & potest iudex delicti quomodocun
que punire.d.c.1.de re iudi.& cle.pastoralis,ver.φ si punitio.
aut non reperitur ibi,& non potest iudex delicti procedere,
nisi delinquens sit citatus per iudicem vbi degit,ad literas iu
dicis delicti:vel de more remissus,d.ver.φ si punitio.si tamē
haberet bona in loco delicti,super eis posset procedi,etiam si
non sit modo prædicto citatus,vel de more remissus. Ex præ
dictis non procedit quod dicit gl. quod delinquens tantum
puniendus est a iudice delicti. nam hoc potest etiam iudex
domicilij:vt hic,& d.c.1.de rap. Ad prædicta,ut.quod no.J.c.
proxi.& c.fin.ibi,postulasti.dic ut ibi.In glo.2.ibi.constitutio
ne Frederici 1.in authen.habita.C.ne filius pro pat.& dic,φ id
quod dicit glo.de magistro,procedit in casu illius auth.quia
ibi exprimitur, alias secus, ideo hic attenditur ius s ecciate.i.
4 priuilegium, vel consuetudo. Oppo.ad hoc, quia † merum
imperium conceditur solum a lege.ff.de offi.eius cui man.
est iurisdictio.l.1.circa. fin. Hostien.dicit, quod consuetudo
hic dabat tantum iurisdictionem, non merum imperium,
quod non videtur: nam cognoscere de criminibus est meri
imperij,secundum ea quæ dico de offi.ord. quod sedem, ad
quod dic,φ hic cognoscebatur ciuiliter ad iustitiam querę-
lantium,pro hoc litera ibi,querelantibus,quid autem si cri-
5 minaliter † an consuetudo possit hoc concedere. disputauit
Fran.Accur.& non determinauit.Iacob.de Are.postea deter
minauit, quod non: etiam si sit consuetudo tanti tem,poris
φ de contrario non sit memoria.de hoc per Cyn.C.de emā.
li.l.1.vbi Pet.& Cyn.contra multis rationibus,&hæc verior.
& ad rationes quæ inducuntur per Iaco.de Are.de quibus in
d.l.1.hic respondeo:præcipue in eo quod dicitur, φ merum
imperium conceditur tantum a lege. probatur enim hic, φ
etiam a consuetudine: nisi respōdeatur,vt prædixi,quod hoc
agebatur ciuiliter. Item dic, φ d. l.1.de off.eius cui man.est
6 iu.non dicit,φ merum imperium detur a sola lege:sed quod
c datur a lege.Item etiam si hoc diceret et nō obstaret,nam † cō
suetudo est lex c & vincit legem.ff.de leg.l.de quibus C.quæ
sit longa consue.l.2.de consue.c.fi.de his per Bart.ff.de aqua
plu ar.l.1.in fi.vbi dicit Bar.φ quia merum imperium depen
det a principe.in ipso præscribendo requiritur patientia prin
cipis,& per consequens scientia:ex quo videtur inferri,φ va-
cante imperio succedit ecclesia.sup.c.licet.& sic sufficit scien
tia Papæ,quod non decidit ibi Bar.dic,φ licet succedat Papa:
tamen,quia imperium non habet suum rectorem immedia
tum,dicitur vacare,secundum not.per Inn.de rest.spo.olim,
7 el 1.decernit ergo præscriptio.de prescript.c.1.& cap.ex trans
missa,vbi de hoc,hæc inter laicos:sed inter ecclesiasticas † per
sonas,etiam sine scientia principis,præscribitur merum im-
perium:vt cum præscribit inferior episcopus contra episco-
pum.& dic,quod Aut præscribit in alijs,& potest,de præscri.
ad audientiam. Aut in seipso,& tunc, aut passiue.i.quod ipse
præscribitur a tertio, & potest.aut actiue:& non potest, quia
accephalus,idest sine capite. de præscript.cum non liceat.po
test tamen collegium præscribere in singulis de collegio.de
offic.ord.cap.irrefragabili.§.excessus. quia aliud collegium,
aliud singuli,per hoc consuluit Io.de lig.quod ciuitas perusi
na potuerat præscripsisse merū imperium in singulos ciues,
quod est verum per dictum §.excessus,quod tamen non alle
gauit. Oppon.in eo.quod illi poterant iudicare,non excom-
8 municare, vel coercere.debuerūt enim posse excommunica
re † cū excōicare sit actus iurisdictionalis.de elec.trāsmissam.
Host.dicit, quod per cōsuetudinē nō potest cōcedi personæ
potestas excommunicandi,licet per priuilegium sic,pro hoc
facit,quod nota de offic. Archidia cum satis, dic, quod im-
mo etiam per consuetudinem,scilicet immo etiam per præ
scriptionem,dummodo præscribens sit clericus:vt no. Inno.
9 de resti.spo.olim el 3. ad hanc literam dic, quod sic habebat
consuetudo,cui standum est sua forma. Oppo.ad hoc:† quia
secundum hoc iurisdictio fuisset frustratoria, cum non ha-
berent coerctionem,ff.de offi.eius cui man.est iu.l.vl.de offi.
deleg.ex literis.Pet.& Abb.dicunt posse contingere,quod sit
iurisdictio sine coerctione, & hoc ex vi consuetudinis, per
hanc literam.communiter tamen exponitur ibi, coercere:
quod non poterunt coercere magna coerctione, qualis est
excommunicatio:sed exigua sic:vt per pignora, vel quid si-
mile:insti.de satisd.tu.§.penul.ff.de dam.infec.l.4.§.3.de ven.
inspi.l.1.secundum Hostien.vel secūdum eum ordinarium
coercebit:vt ff.de re iu.l.a diuo. sicut exequitur sententiam
arbitralem,ff.de arbi.l.3.§. 1. & §.ait prætor. nota.de arbi.per
tuas,& hoc vltimum potest coniungi cum primo:vt dicatur
10 quod isti habebant iurisdictionem sine vlla coerctione: nec
per hoc est frustratoria,quia supplebit ordinarius,sicut† alias
exequitur sententiam sui delegati.supra eodem. si quis con
tra.& secundum hoc est hic casus valde singularis, vt supra.
in notabilibus.

ADDITIONES.

a Maxime. Adde de ista dictione,doctor.in cap.auditis, de elect Barto.in extraua.ad repri.in verbo maxime.Raph.cuma.in consi. 87.incip. Franciscus de la campa. in fi.vlt. colum.

b Episcopus cognoscit. Adde docto.in c.1.de offic.ordi.Paul.de eleaza.in de.ne in agro.in §.caterum.de sta.mo.

c Consuetudo est lex. Adde insti.de iure.nat.in §.ex non scripto. Car.in cap. cum satis.in 1.op.de offi.archi.

SVMMARIVM

1 *Episcopus delicti quam potestatem habeat in clericum delinquentem, & nu.2.*
3 *Titulus est quid incorporale, sicut & alia iura.*
4 *Domicilium quando quis ratione beneficij sortiatur.*
5 *Confiscatio bonorum non concernit bona postea quæsita.*
6 *Iudex delicti an possit confiscare bona existentia in alieno teritorio.*
7 *Episcopus excommunicat subditum alibi existentem.*

1 Postulasti Episcopus delicti condemnat
clericum de delicto: sed non pri-
uat beneficio alibi existente: sed hoc exequitur
episcopus beneficij. h. d. secundū vnā lec quæ licet
patiatur scrupulos: tamen potest defendi. vt ĵ. vel scd̃m aliā
sic. Episcopus delicti condemnat clericum de delicto etiam
priuando beneficio alibi existente: sed excutio realis. i. ablatio
possessionis fit ab episcopo beneficij & hæc lec. est not. quod
dic vt inf. Communis diuisio. Secunda ibi, ad quod. In glos. 1.
ibi, ideo sup ecclesia. Ex hoc colligitur. 1. lect. ꝙ episcopus de-
licti pronunciabit tantum super delicto. puta ꝙ iste commi-
serit furtum vel homicidium: & episcopus beneficij exeque-
tur. s. priuando beneficio. vt in glo. se. Contra hanc lec. obstāt
multa quæ statim dicam: ideo ponitur alia lec de qua in secū
do summario, quod episcopus delicti pronunciabit super de
licto, etiam priuando ipsum beneficio alibi existente, si hoc
exigit natura criminis. hanc ponit Innocen. in prin. suę gloss.
2 dicens, quod † episcopus delicti potest suspendere perpetuo
ab ecclesia sita in alia diocesi. pro hac lec. est litera ibi, execu-
tio. quia si episcopus delicti non priuaret beneficio: non dixis
set executio, sed priuatio. & quod episcop⁹ delicti hoc possit,
probatur: quia iudicat de delinquente, puniendo quocūque
modo. de rap. c. 1. dixi sup. ca. proxi. nec per hoc præiudicatur
episcopo beneficij: quia priuatio beneficij est personalis poe-
3 na in eo, quod abdicatur ab illo, quia † titulus est quid incor-
porale sicut & omnia iura. ff. de rerū diui. l. 1. §. incorporales.
ver. nam ipsum ius. pro hoc fuit quod no. de iure pa. c. 1. in gl.
1. Secundo probatur per. l. magis. §. illud. ff de reb. eorum. vbi
præses decernit super alienatione minoris de re existente ex-
tra suum territorium. ad idem inf. c. Romana. §. contrahen-
tes. ibi, decernere. vt ibi no. Intelligitur enim quod iudex cō-
tractus decernit missionem in bona etiam alterius territorij,
& iudex bonorum exequitur mittendo in possessionem, fa-
cit ad idem quod no. gloss. & alij. ff. de iudi. hæres. & Bar. ff de
bo. aut. iu. pos. cum vnus. §. is qui. vbi decernitur missio in bo-
na cōtumacis: & si aliud non dicitur, intelligitur de bonis exi
stentibus in territorio iudicātis: secus si exprimitur: quia tūc
potest decernere etiam quo ad bona alibi sita. pro hoc facit
dictum c. Romana. ver. sed tunc. & quod no. ff. de re iudi. a di-
uo. §. 1. de sententia mittenda executioni, & sic fiet hic. ex istis
iustificatur hæc lec. quæ etiam plenius inf. iustificabitur. Mo-
dò instemus contra aliam lec. quæ habet, ꝙ episcopus delicti
pronunciat tantum super delicto. videtur enim non procede
re, propter incōueniētia quæ possent contingere. finge enim
4 quod in loco beneficij iste non habet domicilium: quia † nō
semper ratione beneficij sortitur quis domicilium. quod di-
co de rescrip. dilectus. & c. 2. de priui. ex ore vbi per Innocent.
qua consideratione licet hic in pri. dicatur ꝙ iste habebat be
neficium loco domicilij: tamen in decisione non repetitur
de domicilio. Hoc aūt p̄supposito, si iste nō accederet ad locū
beneficij, episcopus beneficij non posset eum priuare benefi-
cio, cum ante priuationē reqrat citatio, pp defensiones quæ
possent isti competere. pro hoc facit quod not. de ap. ex ratio-
ne, posset enim dicere quod acquisiuit beneficium post sen-
tentiam latam super delicto: quo casu etiā si per sententiam
perdidisset beneficia quæ tunc habebat: non tamen istud no-
5 uiter acquisitum: quia † confiscatio seu publicatio bonorum
non concernit bona postea quæsita. ff. de testa. l. eius qui. §. si
cui. ff. man. si mandauero. §. is cuius. de pœnis. fœlicis. §. vetum
lib. 6. quod dico de dolo & contu. c. veritatis. vel forte dicet sē
tentiam nullam, quod potest opponi. C. de iur. & fac. igno. l.
1. de re iudi. de cœtero. de hoc de offi. deleg. cum in iure. non
poterit autem citari extra territorium, cum agatur persona-
li ad priuationem beneficij: quo ad hoc tamen forte dicere-
tur quod agitur personali in rem scripta; & sic quod potest
iudex beneficij citare alibi existentem quo ad procedendum
super beneficio, vbi de posse. agi. C. io rubro & nigro supr. de
offi. dele. c. sane. 1. c. fi. sed succedit fortior ratio: fingere eni ꝙ
compareat, & excipiat de nullitate primę sententię, & iudex
delicti sit maior iudice beneficij, non poterit iudex beneficij
de exceptione cognoscere. de confir. vtili. c. 1. & 2. & de offic.
dele. pastoralis. §. quia vero. & quod ibi nota. & sic oportebit
rem cognitā remittere ad iudicem delicti, quod erit inuolu-
crum, & circuitus. contra cle. auditor. de rescrip. & ff. de cōdi.
inde. l. dominus testamento. præterea, cum sententia quam
6 fert iudex delicti, sit circa incorporalia, † vt prædixi, potuit iu-
dex delicti confiscare hoc ius etiam existens in alio territo-
rio. Ricar Malum. terminauit, quod iudex Florētinus posset
confiscare bona hæretici damnati Florentiæ existentis Bono
niæ, quod ponit Ioannes And. de hære. cum secundum. lib. 6.
no. Archi. de sepul. is qui. lib. 6. per l. fin. C. de præscription. lō
7 gi temporis. Ex hoc dicimus, quo episcopus † excommuni-
cat subditum alibi existentem, quod dico infra cap. fin. verior
ergo videtur alia lec. quæ non patitur circuitum p̄missum, &
has rationes feci excellētissimo doctori domino Petro de an
cha. hic repetēti hoc c. & tene menti p̄missā lec. p qua induci
tur. ff. ad turpil. l. 1. vbi sufficit ꝙ p̄nuncietur super crimine. &
pœna intelligitur exp̄ssa. i. quæ de iure debet: sed illud p̄cedit
quādo pœna est ipso iure imposita: qđ not. Arch. & Io. And.
de homici. ca. 1. lib. 6. sed secundum canones, vt plurimum
pro criminibus, non est pœna imposita, ideo permittitur epi
scopis dispensare. s. tit. j. at si clerici. ideo, quia posset surgere
dubitatio secundum præmissa, saltem vtilius est ꝙ iudex deli
cti etiam priuet beneficio: & hoc, ꝙ debeat priuari, tenet Fe-
de. in consi. 16. pro hoc litera, ibi præsertim, id est maxime,
quæ probat, ꝙ hæc litera p̄cedit etiam in criminibus in qui-
bus non priuatur beneficio, & secundum hoc sensus literæ
est, ꝙ iudex delicti pronunciabit super delicto, & si natura cri
minis exigit priuationem beneficij, episcopus beneficij exe-
quetur. i. de facto, eijciendo illum a beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Persona miserabilis potest laicum conuenire super interdicto vnde vi, coram ecclesiastico iudice.*
2 *Agens possessorio potest titulum deducere.*
3 *Alternatiua an uitiet libellum.*
4 *Casus in quo de re feudali agitur coram iudice ecclesiastico omisso domino feudi.*
5 *Exceptio superioris super eo quod concernit merita non admittitur.*
6 *Donatio propter nuptias, soluto matrimonio, reuertitur ad virum.*
7 *Habitandi consuetudo in aliquo loco ex quibus arguatur.*
8 *Domicilium in aliquo loco habere quando & quomodo quis dicatur.*
9 *Interdictum unde ui, est personale, & in rem scriptum.*
10 *Actio personalis in rem scripta quæ dicatur.*
11 *Viduo spoliata censetur miserabilis persona, & stati est de iudicio ecclesiæ habitu & actu.*

1 Ex parte B. † Miserabilis[a] persona potest
a laicum conuenire super in-
terdicto vnde vi coram ecclesiastico iudice, etiā
si res sit feudalis, pars de fide instru. ex parte: pri-
mo ponitur quærela, secundo iudicum instructio. ibi, manda
mus. prima subdiuiditur. quia primo causę commissio, & rei
citatio, secundo rei exceptio, & actoris replicatio. ibi dictus,
tertio alia rei exceptio: & ad illam rei replicatio. ibi, idē quo-
que. † Not. ibi ratione dotalitij, ꝙ agens possessorio potest de
2 ducere titulum: nec per hoc tenetur de ipso docere, nec reus
auditur opponēs de carentia ipsius tituli. sic enim fuit hic: ga
regula narrauit de ti. & tamen ĵ. in fine reiicitur exceptio de
ipsius carentia, quod est, quia secundum ius nō habuit vidua
necesse addicere, ꝙ ex cā dotalitij, cū etiā prædo. & c de resti.
spo. in literis. No. ꝙ vtile est agēti possessorio allegare titulū.
No. quod actor agit, reus excipit, actor replicat. & sic vltra. de
3 exca nobis. † No. ibi, vel eius cōplices, ꝙ alternatiuus nō vitiat
libellum, qñ non resultat contrarius effectus, sic colligunt
aliqui, & bene: sed melius colligitur de rescript. ex parte S.
4 vbi dico in notabilibus. † No. casum in quo de re feudali agit̄
coram ecclesiastico iudice omisso domino feudi: vt supra in
summario: licet enim hæc fuerit allegatio: hic tamen secun
dum cā. sof. deciditur. No. ꝙ miserabilis persona est de iudi-
cio ecclesiastico. 95. di. c. 1. & 2. Not. ibi, litigiosam rem esse.
ꝙ computatio dictarum fit a loco vbi res est, etiam si agatur
personali in rem scripta: vt hic: quia agebatur vnde vi. de hoc
inf. Nota ibi interdum commodum, ꝙ habitatio non conti
nua seu non pro maiori parte inducit domicilium: quod inf.
5 dico. † Not. ꝙ exceptio surreptionis super eo quod concer-
nit merita, non admittitur, de hoc in glo. vlti. Ex hoc dic, ꝙ
licet hic in fin. ponderetur, quod agebatur possessorio, idem
tamen etiam si petitorio, vt in dicta gloss. vltima. In gloss. vlt.
6 In fin. contra, quia soluto matrimonio donatio propter nu-
ptias reuertitur ad virū, de do. inter vi. & vxor. cap. fin. non de-
buit ergo audiri vidua. Solu. intellige quod fuerat lucrata
ex pacto vel ꝯsuetudine. In gl. 3. ibi, ꝯsueuerat habitare. ex hoc
vr̃ nō procedere litera, in eo qđ ꝯsiderat, & iste habebat castra
& redditus

ADDITIONES.

a Miserabilis persona. Adde quod miserabiles personæ dicuntur pupilli, viduæ, & similes. Barto. in l. 1. C. quando impe. inter pu. & est intelligendum de pupillo inope: non de diuite secundum Card. & Ioan. de imola in cap. significantibus. de offic. deleg. Specu. in titu. de instr. edi. §. nunc. vero ver. & Ias. Alex. consi. 131. prima parte. Item dormientes dicuntur miserabile personæ. Ba. in l. pe. C. de testi.

& redditus in dioceſi Andegauen̄.ſufficit enim,ꝙ ibi conuer
7 ſentur:vt in glo.In contrarium,† quod non ſufficiat conuerſa
tio:ſed oporteat cum hoc quod ibi habeat maiorem partem
fortunarum,id eſt bonorum.C.vbi ſena.l.2. vbi hæc duo po-
nuntur copulatiue,dic primum verius,per l.municipes ff.ad
muni.& in d.l.a.copulatiua exponitur alternatiue,ſup.de re-
ſcrip.c.a.vbi glo.vnde dicit Inno.ſufficere mā̄ſionem ſolam
in locn. ff.de iud.quod legatur,§.1.quod tenet Bart. in d.l. 2.
& ſentit glo.C.vbi de cri.l.2.ff.de iudi.hæres,ſed Cy.in d. l.a.
vbi ſena.dicit requiri conuerſationem per decenium,ad hoc
vt poſſit ibi conueniri.C.de incolis,l.2.quæ tamen conuerſa
tio nō facit domicilium:quia poteſt habere animum diſce-
dendi,quod tenet Bal.in d.l.2.vbi ſena. dic, ꝙ hic, cum dicit,
manſionem quæ ſit domicilium.i.domus ſeu locus deſtina
tus ad perpetuo commorandum,hic enim loquitur de man
ſione non temporali,& dicitur temporalis.i.ad tempus ani-
mo recedendi,ſufficit autem,ꝙ habeat domicilium,etiam ſi
nō commoretur pro maiori parte, vt ſup.in notabilibus: po
teſt enim quis habere plura domicilia,ad quæ conſtituenda
ſufficit deſtinatio commorandi.ff.ad mu.eius,§.ſi quis inſti-
tutus,alle.l.& ibi per Bar.& hoc ex coniecturis apparet,ꝙ ſit
ibi commoraturus,& ex nulla coniectura apparet,ꝙ ſit inde
diſceſſurus,pro hoc litera ibi,Interdū commorari,& ſic non
ſēper,nec pro maiori parte,ſic ſunt principes,qui ſępe in plu
ribus locis habent domicilia,de ma.& obe.omnes,vbi glo &
8 Inn. Ex hoc arguit Abb.ꝙ per litteras impetratas † cōtra ali-
quos de dioceſi poterit conueniri ciuitatenſis qui in dioceſi
b habet domum b vbi commoratur aliquo tempore anni. qđ
non procedit per c.is qui.de ſepul.lib.6.nō enim dicitur hoc
caſu habere domicilium,quia non animo ibi commorandi,
ſed vt ruralia exerceat:illuc accedit,ſecus ſi animo commo-
randi,vt in principibus:in dubio autem,cum non habetur cō
iectura an ſit perpetuo commoraturus:puto ſufficere cōuer
ſationem:vt poſſit ibi conueniri ſecundum no.in l.a. vbi ſe-
nat.ſed ſi ex coniecturis apparet abſceſſurus:vt in ſcholaribus
qui finito ſtudio recedunt,poteſt procedere dictum Cyn. de
mora decēnij, ex qua præſumitur conſtituiſſe domicilium:
niſi certum ſit,ꝙ commoratur animo redeūdi domum: tūc
enim quantocunque tempore ſtetit,non dicitur habere do-
micilium, ff.de le.3. quæſitum, in princi.dico ſup. in prohe-
mio.Ex his dic,ꝙ litera ibi,& in eadem litigioſam rem eſſe
debet ſuppleri maxime:quod dic vt in ſe.contrario. Opp. ad
hoc.quia ſecundum prædicta non debuit pōderari locus vbi
erat res,ſed domicilium rei citati.de præſcri.ſtatutum,libr.6.
& quod ibi no.in glo.olim dicebamus, ponderatur enim ibi
locus a quo quis trahitur: vt ibi in §.cum verum, non trahi-
tur autem niſi de domicilio,ꝙ propter hanc rationem glo.il
la tenet,ꝙ hodie pōderetur tantum locus domicilii,& idem
ibi Arch.ego aliter dico ſup.de reſcri.dilectus,el 2.ſ. quod eſt
in optione actoris, an computatio fiat a loco domicilii.an a
loco vbi res eſt:ſed etiam,ꝙ ibi morabatur:& vt ſup.dixi ſup
ple maxime:quia alterum ſufficiebat,& per hoc & per dictū
c.dilectus,non procedit,quod dicitur in d.glo. olim diceba-
mus,quod plenius dico in d.ca.dilectus, per hoc declaratur
glo.ſequens. Et in ea ibi.mobilis.idem not.J.c.fi.in gl.pen.&
ibi de hoc,& in fi. Opp.quod non debuerit hic attendi locus
9 vbi erat res,cum ageretur interdicto vnde vi † quod eſt perſo
nale.ff.de vi,& vi arma.cum a te.de reſti.ſpo.cum ad ſedem,
& c.ſæpe.ſup.ti.1.q.5.ſo.licet ſit perſonale,& in rem ſcriptū,
videtur idem,quod in reali.de reſcri dilectus,el a.Inn. & alii,
contra.primum verius,quod etiam ſentit hæc gloſ. & quod
dixi,interdictum vnde vi perſonale,dic idem etiam in aliis in
10 terdictis,ff.de interdi c.l.1.§.interdicta.& dicitur †actio perſo
nalis in rem ſcripta, eaque datur contra aliquē nō quia poſſi-
det:ſed quia obligatus ex poſſeſſione.actio autem in rem di-
citur,quæ datur tantum contra poſſidentem,ſup.ti.1.exami-
nata.perſonalis vero non in rem datur contra deiectum, nō
ex poſſeſſione:ſed ex alio.de hoc in d.§. interdicta, quia ergo
interdictum vnde vi,eſt ſcriptum in rem,comparatur actio-
ni reali in computatione dictarum.hæc faciunt ad ea quæ di
xi ſup.c.ſi clericus.In glo.vlt.ibi,ſic ergo intellige.Ex hac gl.
11 videtur,quod in poſſeſſorio non obſtat exceptio † quod do-
minus non fuerit requiſitus , ſed in petitorio ſic , rationem
non reddit glo.dic,ꝙ eſt,quia vidua ſpoliata cenſetur miſera-
bilis perſona,& ſtatim eſt de iudicio eccleſiæ habitu, & actu.
vt dixi ſup.cap.ex tenore,& ideo non obſtat exceptio, quod
dominus non fuerit requiſitus, quod plenius dixi in di cap.
ex tenore.In ca.glo.ibi,& illud.hoc, quod dicitur in glo.vi-
que ibi,ſed quare.habetur de lit.conteſt.capi. 1.libr.6. & dixi
in notabilibus. Et in fin. ex hoc infertur, quod in princip li-
teræ,ibi,quōdam.illa dictio nō eſt neceſſaria,& tunc mēti gl.

A D D I T I O.

a Habet domum a adde Hoſt. in capi quod clericis ſupra eodem Ioan. And.
in addit.Spec.titu.de compe.iud.in § 2.Arch.in cap.primatus.7.quæſt.

S V M M A R I V M.

1 *Laici occupantes res eccleſiæ,per iudicem eccleſiaſticum compeſcūtur.*
2 *Iuriſdictio temporalis aliquando ſpectat ad eccleſiam pleno iure.*
3 *Sacrilegium quid ſit,& quot modis committatur.*
4 *Violentia in clericum quomodo,& quot modis fiat.*

1 Onquæſtus. † Laici occupantes res eccle-
ſiæ ſacrilegi per eccleſiaſticū iu
dicem compeſcuntur:primo querela. ſecundo iu-
2 dicum datio.quam iuſtificat ibi,cum autem † No.
ꝙ iuriſdictio temporalis quandoque ſpectat ad eccleſiam ple
a no iure a & expone pleno iure:vt in glo.1.cuius tamen expo
ſitio non conſonat literæ,in eo quod glo. dicit de ſpirituali
iuriſdictione:quia litera loquitur tantū de temporali: ſed dic
pleno iure.i.quo ad merum, & mixtum imperiū, & iuriſdi.
de quibus dico de offic.or.quod ſedem.poterat ergo epiſco-
pus per ſeipſum iudicare:cauſas tamen ſanguinis non per ſe
ipſum.de excel.præla.ex literis, not.ibi collata. & ibi relicta,
differentiam inter hæc:primum enim inter viuos. ſecūdum
in vltima voluntate,ff.ad exhi.l.1.in fin.In gl.a.ibi,quaſi poſ-
ſidentur,& ideo in eis nō competit interdictum vnde vi: vel
vti poſſidetis,ſed quaſi vnde ui:& quaſi vti poſſidetis,ff.de ſer
ui.quos.ſi ſeru.vend.l.2. §.pompo.competit etiam condictio
ex canone.de hoc de reſt.ſpo.ſæpe.In glo.vlt.ibi, ſacrilegium
3 ſacræ rei violatio,vel vſurpatio:& cōmittitē tribus modis b vel
cum ſacrum accipitur de ſacro,vt calix de eccleſia, vel ſacrū
de non ſacro:vel ecōuerſo.generaliter autem dicitur ſacrile-
gium omnis violentia illata in res eccleſiaſticas, etiam pro-
phanas,vt hic,etiam ſi violentia non ſit expulſiua:ſed inquie
tatiua: vt hic.ibi ceſſare &c.pro hoc de re.iu.quæ multotiēs,
vbi &hoc, & quod not.ſup.cap.cum ſit.Ibi,excommunican
di.contra,ꝙ immo ſint excommunicati ipſo iure.de ſen.exc.
4 conqueſtus,& cap.tua.ſol.quandoque ſit violentia clerico in
perſonā,vel in res adhærentes perſonæ:& etiam in rem eccle
ſiaſticam, etiam ſi ſit prophana.& tales ſacrilegi ſunt excom
municati: vt in contrariis; quandoque ſit violentia in alias
c res eccleſiæ; & tales ſunt excommunicandi: c vt hic.ut ſi li-
brum incaute dimiſſum in eccleſia abſtulit.de furtis cap. ſi.
ibi enim de abſolutione nihil mandatur.pro hoc.17.q.4.om
nis,de ſenten.excom.cum pro cauſa,& d.c.conqueſtus, 11.q.
3.canonica.ibi,conqueſtus dic,vt ſup.

A D D I T I O N E S.

a Pleno iure.Adde gl.1.in cap.cum inter nos inf.de re.iu.
b Et committitur tribus modis.Adde cle.ſi quis ſuadente.de pœ gl. in cap.de
viro.12.q.1.& per Io.An.& Pet.de Anc.in c.felicis.de pœ.libr.6. Bal.in
l.ſi nondum.C.de furtis.
c Tales ſunt excommunicati. Adde an tales ſint ipſo iure excōmunicati,de hoc
dic quod ſic,in violatore vel incendiario eccleſiæ: ſecus in aliis vt in c tu.
de ſent.ex.& per car.in cle.r.an 2.q.de pœ. Ant. de But.in ca cum pro cauſa.
de ſent.excom & tex.& ibi Io.de ana.in 5.colum.de furtis.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium conceſſum prouincialibus concernit etiam clericos.*
2 *Caſus in quo clericus renunciat beneficio fori.*
3 *Domicilium habens in uno loco,& contrahens in alio,poteſt utrobique conueniri,ad electionem actoris.*
4 *Damnum,& intereſſe etiam de iure canonico peti poſſunt.*
5 *Promittens ſoluere in certo loco intelligitur ibi contraxiſſe.*
6 *Promittens alibi reſpondere,intelligitur promiſiſſe reſpōdere coram quocunque iudice.*
7 *Expenſa litis,vel extra litem qualiter petantur.*

Ilecti filii. Priuilegiatus,vt nō teneatur rñde
re niſi certo loco ſi alio loco,ꝓmi-
ſit ſoluere,vel reſpōdere,ibi poterit conueniri.pri
mo narratio.ſecundo deciſio ibi.uerum. No. ibi,
1 anglicis,ꝙ priuilegium ꝯceſſum ꝓuincialibus ꝯcernit ēt cle
ricos:ut ſi ꝯcedit̄ anglicis,vel lombardis, ꝓ hoc qđ no.de of.
a dele.c.ſi.lib.6.Ex hoc no.ꝙ clerici dicunt̄ de ꝓuincia, a ſic ēt
dicuntur ciues loci ubi habent beneficiū.pe reſcr ip. dilectus
el 2.vbi de hoc. No.ꝙ q promitti alicubi ſoluere,pōt ibi con
ueniri.dic eñ ibi,ꝯxiſſe.de hoc in gl.a No.ꝙ hæc duo æqui-
parantur, ꝙ qs ꝓmittat ſoluere, vel ꝓmittat rñdere in certo
loco.

A D D I T I O.

a Quod clerici dicuntur de prouincia. Adde Bene.capram in cle.vnica.de re-
li.& ve.ſan.in 3.col.ver.not.quod appellatione clericorum. Lu. Ro. in ſuis
ſin.in verb. clericus.num 430 Old conſil 31.incip quæſtio.eſt Pet. de Anc.
conſi.150.inci Optimis Paul.de caſt.conſi.196.inci.ad primum.

loco quod intellige quantum ad id de quo hic,& in fin. non
2 tamen ſemper de hoc infra † No. caſum in quo clericus re-
nunciat beneficio fori. de hoc in gloſſ. & procedit hoc reſpe-
ctu fori competentis clerico iure ſpeciali, ſecus ſi de commu
3 ni. ſupra cap. ſi diligenti. Nota. quod † qui eſt de vno domici-
lio, & contraxit in alio, poteſt vtrobique conueniri: ut in li-
tera, ibi, & vbi. & eſt in optione actoris: vt in gloſſ. & facit ad
id quod dixi ſupra eodem. ex parte. de computandis dictis a
loco domicilij, vel a loco vbi eſt res arbitrio actoris.
4 † Nota, quod etiam ſecundum canones petuntur damna,
& expenſæ, & intereſſe. de hoc in gl. In gl. 1. ibi, contractum
fuit, hoc non apparet hic, ſed oportet ita dici, alias nec per re
ſcriptum, nec coram ordinario poſſet ſucceſſor ɔueniri ex ɔ̄-
ctu prædeceſſoris. de ſo. cap. 1. Op. ad hoc, ꝙ indiſtincte non
poſſit ſucceſſor conueniri, cum reſcriptum fuerit impetratū
ɔ̄ prædeceſſorem ſub nomine proprio, & non dignitatis: vt
in litera ibi. ɔ̄. t. dicit Abb. contrarium. No. de iuriſdictione, q̄
non ſic ɔtingit eccleſiam ſicut ɔ̄ctus, vult dicere, ꝙ qũ impe-
tratur ſup ɔ̄ctu: impetratio ɔcernit ɔ̄ctum, q nō extinguitur
ꝑ mortē ꝓdeceſſoris, ex quo tenetur eccleſia ſic ergo non ex-
tinguitur ēt reſcriptum. ar. de of. dele. ſi ſuper gratia. li. 6. & ex
præſſio proprii nominis nō facit reſcriptum ꝑſonale, ſicut de
pacto no. de inſti. cum veniſſet. Sed potius vr̄ expræſſum pro-
prium nomē cā demonſtrationis, qñ vero reſcriptum impe-
tratur ad ꝑlarū q dat delegatus expſſo proprio noīe, nō expri
mitur cā demonſtrationis, ſed affectionis, quam habuit dele
gās ad iſtū: ideo nō tranſit ad ſucceſſorem, d. c. qm̄ Abbas, qđ
plenius dic, vt ibi. Ibi, vna ꝑſona intelligit. hoc dic, vt dico in
c. ſignificauit ĵ. alle. qđ c. ob. ꝑmiſſis, quia ibi reſcriptum im-
petratū ɔ̄ dignitatem nō trāſit ad ſucceſſorē: ſed ibi ɔuenien
dus non erat expſſus in reſcripto, ſed exprimendus ſub clauſu
la, quidam alii, & quæ ſit rō diuerſitatis, dic, vt ibi. Op. ad idē
5 de iudicijs, quia V. ſo. vt ibi. In gl. 2. ibi ab intereſſe, & talis † q
promittit in certo loco ſoluere, intelligitur ibi ɔ̄xiſſe. ff. de ac.
& ob. l. contraxiſſe, adeo, ꝙ ɔtractus intelligitur initus in loco
in quo collata eſt ſolutio: & non ubi fuit celebratus. ibi, inter,
de hoc in d. l. & ff. de conſt. pe. eum qui. §. Iulia. ſed gl. ibi vacil
lat. de hoc etiam, ff. de bo. aut. iu. poſ. l. 3. de ſo. l. quæro. in fi. Ex
hoc patet ratio, quare iſte promittendo ſoluere extra Angliā
ibi conuenitur non obſtante priuilegio: quia ibi ſortitur fo-
rum rōne ɔ̄ctus ĵ. c. fi. Et ſi dicas, ꝙ ex hoc indulgentia erit in
utilis, dic, ꝙ immo vtilis, quia ea ceſſante poſſet ɔueniri angli
cus extra Angliam, dum tñ in loco non diſtante vltra dietam
de reſcri. ſtatutum, li. 6. Et ſi dicatur, ꝙ non eſt date talem lo-
cum, hoc procedit reſpectu verbi, ſoluere, non autem reſpe-
ctu verbi rñdere, & dicit Inn. ꝙ ſi ſolū promiſiſſet rñdere, nō
cogeretur ibi rñdere ff. de iur. om. iu. ſi cōuenerit. no. de offi.
deleg. ſignificantibus, gl. no. iſta tenet cōtrarium. ſ. ꝙ per hoc
intelligitur renunciaſſe indulgentiæ: & hoc verius eo reſpe-
ctu quo hic cōuenitur coram delegato, & dicit In. notādum,
6 ꝙ ille † qui promiſit alibi reſpondere, intelligitur promiſiſ-
ſe de rñdēdo non ſolum coram ordinario: ſed etiam coram
delegato: vt hic, vt ex his rñdetur ad contrarium quod poteſt
fieri de c. nonnulli. de reſcr. & c. ſtatutum, lib. 6. nam quate-
2 opin. † Nota, quod Papa interpretatur leges: qui fil. sint legi.
per venerabilem, & hoc maxime quãdo disponunt de eccle-
sijs, &c

3 sijs & clericis, vt hic. Nota † ꝙ canones habent vim legis. de
hoc in glo. No. casum in quo priuilegium extenditur, quod
fit ministerio legislatoris, vt hic, alias secus, regula priuilegiũ.
lib. 6. In glo. argum. ibi, sol. hoc non vr̃ procedere. nam etiam
4 quando de iure communi conceditur priuilegium, non extẽ
ditur ad alios. de priui. sane. dic ergo, vt dixi in notabilibus. ꝙ
hic extenditur ministerio legislatoris. i. Papæ, vel si vis salua-
re glo. dic ꝙ fuit ius commune: & clerici Constantinopolita
ni fuerunt expressi causa exempli. In gloss. hic colligitur. ibi,
exercendis. vult dicere, ꝙ licet in quibusdam distinguatur cã
criminalis a ciuili: non tamen in omnibus. Oppono. ad hoe
5 & ad literam, † quod nõ possit in criminali clericus ꝑ alium
iurare, cum non interuenit, vt procura. de accusationibus. ve-
niens. solu. Innocen. intelligit de tali criminali in qua possit,
vt procurator interuenire. sed hæc est nimia restrictio, d c er-
go, quod si non possit interuenire. tamen ad effectum præstã
di iuramentum calumniæ potest in hoc casu, propter specia-
le priuilegium clerici. Ibi, licitum est. ibi non dicitur quod sit
licitum: sed quod ignoscitur, ibi, pro se. Mar. contra hoc. C. de
accusationibus. l. finali. primum communius, ibi, ad causas ec
a clesiarum. contra, quia clericus gaudet a eodem † priuilegio
6 in bonis suis quo in bonis ecclesiæ: vt notatur de vita & ho-
nestate clericorum. capitu. finali. illud regulare, fallit in ali-
quibus, de hoc ibi dico, & hic est vnafallentia, vt priuilegium
concessum ecclesijs, quod est correctiuum aliorum iurium
non extenditur, & per hoc est glossa expedita vsque ad fi-
nem. In glossa vltima. ibi. capitu. vltim. vnde & potest intel-
ligi quod hic dicit de episcopo quando est immediate subdi-
tus Papæ. alias videtur sufficere licentia immediati superio-
7 ris. ibi, episcopum. hodie hoc seruatur, † quod clericus qui in
b ducitur in testem b coram laico petit licentiam ab episcopo:
& tunc iurat non in manu laici. sed alicuius clerici, & in alio
noo seruatur hoc capitulũ, si enim clericus litigat, aut litigat
per seipsum: & per seipsum iurat in foro sæculari, fortius in
ecclesiastico. aut litigat per alium: & tunc iurat per procura.
sicut faciunt alij. & quomodo iuret eius procura. dic vt intra
de testibus, capitulo secundo, libro 6. olim autem hoc fuit
concessum clericis, vt litigantes pro causa ecclesiæ suæ non
tenerentur iurare per seipsos, quod fuit forte ob reuerẽtiam
sanctitatis, quæ debet refulgere in clericis: & sic non videtur
eis conuenire iuramentum. sed, vt prædixi, hodie non serua-
tur, nisi vt prædixi.

ADDITIONES

a Clericus gaudet. Adde glo. in verbo obligata. in c. ex literis de pigno glo. in c. similiter. 16. q. 1. Anto. de But. in c. 1. de consue. idem in c. non minus. in 3. no. de immu. eccles.

b Clericus qui inducitur in testem. Adde c. quamquam. & ibi doct. 14. q. 2. Spe. in titu. de teste. in §. sequitur. versi. quid de presbytero.

SVMMARIVM.

1 *Causis spiritualibus non iuratur de calumnia.*
2 *Causa spiritualis non dicitur cum agitur possessorio in causa spirituali.*
3 *Causa matrimonialis non dicitur, cum agitur ad separationem thori.*

* § Literas & infra. * In † spiritualibus causis de
1 calumnia non iurat. h. d. ho
die iuratur, & hoc est correctum de iuramento calumniæ. c.
1. §. fin. lib. 6. in glo. ibi, & no. signa glossam, quia singularis in
2 hoc, ꝙ † cum agitur possessorio de causa spirituali non dr̃ cã
spiritualis, & sic est sensus gloss. ꝙ dicitur spiritualis quando
3 agitur de titulo, † simile s̃. titu. 1. c. 1. vbi quando agitur ad se-
parationem thori, noo dicitur causa matrimonialis.

ADDITIO.

* Nota, quod in edit. Rom. est cap. 2. huius initij, & vide ad not. marg. ibi. B. S.

SVMMARIVM.

1 *Negationes duæ faciunt vnam affirmatiuam.*
2 *Iuramentum debet præstari per eum qui est de causa instructus.*
3 *Procurator & syndicus quomodo differant.*

IN pertractandis. Iurari potest de ca-
lumnia per princi-
pales personas, vel œconomos habentes facti noti
1 tiam. † No. ibi nesciat: ꝙ duæ negationes a faciunt
a vnam affirmationẽ, ꝙ dic vt de iureiur. & si Christus, in prin.
2 No. ex hoc, † ꝙ iuramentum debet præstari per eum qui est
de causa instructus: alias posset subire anceps periurium. pro
hoc not. de iureiur. cap. fin. In glo. vltima ibi, in procuratore.
b facit ergo gloss. differentiam inter b procuratorem, & syndi-
cum contra id de procurato. petitio. dic vt ibi. licet enim pro-
3 miscue accipiuntur, tamen differunt: † quia procurator di-
citur qui datur a domino, syndicus a collegio, procurator au-
tem iurat in animam propriam, & syndicus in animam sin-
gulorum de collegio. quod dic vt de testi. c. 2. lib. 6. vbi intelli-
gitur singulorum de collegio. maioris & sanioris partis.

ADDITIONES.

a Duæ donationes. Adde text. in cap. 1. de iureiuran. lib. 6. glos. in verbo nec non. in element. prima. de offic. lega. Bald. in l. qui se patris. in 3. columu. C. vnde libe.

b Differentiam inter. Adde Inno. in c. petitio. de procu.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus monasterij de calumnia iurare debet.*
2 *Collegium iurat per œconomum, siue syndicum.*
3 *Procurator ad negotia, & procurator ad iudicia differunt quo ad ipsos repellendos.*
4 *Syndicus iurat de calumnia etiam sine speciali mandato, & quid in procuratore.*

IMperatorum. In causa collegii non om
nes de collegio, sed syndi-
cus iurat de calumnia. Primo factum reprehensibi-
le. Secundo improbat: ibi, ad quod. Tertio ꝓuidet. ibi, sed ne.
1 † No. ꝙ syndicus monasterij iurat de calumnia. idem in alijs
personis habentibus legitimam administrationem s̃ c. px. In
glo. j. ibi, secularibus, quasi secus in ecclesiasticis, quæ dñia iu-
re non probatur. Ibi, clericorum. hoc recidit in idem cum ꝓ-
xima solutione, &, vt prædixi, iure non probatur, & dic indi-
2 stincte, ꝙ † collegium siue ecclesiasticum siue seculare iurat
ꝑ œconomum, vel syndicum, vt hic, & hoc dum per illos liti-
gant: sed si superior collegij per se litigat, ipse iurabit, vt in iu-
ribus alleg. in glo. In glo. œconomus. in fi. hęc quæ dicit gl. de
œconomo constituendo non sunt in obseruãtia, sed superior
collegij litigat ꝓ collegio. de rescr. edoceri. In glo. vl. ibi. §. vlt.
3 dic, † aut in procuratore ad negocia, & non repellitur ob infa
miam: quia iure hoc non reperitur. aut ad iudicia: & tũc, aut
opponitur infamia facti, & idem, sic intellige. d. §. vlti. & hoc
ne tardetur lis in discutiendo de hoc, aut opponitur infamia
iuris de qua constat per sñiam, & non admittetur, sic intelli-
ge iura præalle. in glo. & quod no. de iud. cum deputati. cessat
enim ratio tardandæ litis, cum de hoc facile liqueat. Quæro
in eo ꝙ syndicus hic iurat de calumnia etiam sine spãli man-
4 dato, † quid de procuratore clerici. dicit Inno. s̃. c. 1. ꝙ in causa
ecclesiæ in qua clericus non tenetur iurare per seipsum. d. c. 1.
poterit eius procurator etiam sine speciali mandato iurare:
quod est singulare, regulariter contra, vt eodem ti. nostro. j.
c. fin. lib. 6. propter quod cap. tutius est quod habeat speciale.

SVMMARIVM.

1 *Iuristæ quare præferantur Physicis.*
2 *Dominus non dimittens sufficientem procuratorem sibi imputet.*

CAeterum. In causis proprijs clerici iurãt
de calumnia: nec valet ꝯ̃ria cõ-
suetudo. h. d. In glo. 2. &. quod medicamẽta mor
1 bis, & c. Ex hoc & litera no. † ꝙ iuristæ sunt medi
ci negotiorum, in quibus habetur cõsideratio ad
a regulandos mores. sicut ergo anima præfertur corpori: a ita
iuristæ Phisicis. primo Ethicorum. In glo. penulti. ibi, bonis.
Nota glo. posset etiam dari ad litem, de iudicijs. c. fi. lib. 6. nisi
procurator haberet speciale mandatum ad iurandum: tunc
enim ipse iurat. c. fi. lib. 6. licet Cy. C. eodem l. 2. dicat non pos-
se dari speciale mandatum ad hoc, sed standum est d. c. fin. eo
vero casu quo procurator non habet speciale mandatum, li-
cet glo. dicat curatorem dandum: posset tñ etiam procedi ꝯ̃
dominum tanquam contumacem, & sibi imputet qui non
2 dimisit sufficientem procuratorem: † sed si dñs esset non ni-
mis remotus, videretur danda dilatio ad consulendum dñm,
argum. s̃. ti. 1. quoniam. §. quod si sup. quod aliqui tenent hic
ꝯ̃, & ille §. loquitur de dominatione quæ fit de dño in princi-
pio litis. aliud hoc casu. quia, vt prædixi, est quid imputetur
domino qui dedit procuratorem non sufficientem. de hoc
in Spe. eo. §. restat. ver. quid ergo fiet, & sequenti.

ADDITIO.

a Anima præfertur corpori. Adde text. in capitulo. cum infirmitas de pœnit. & remissio.

SVMMARIVM.

1 *Procurator iurat de calumnia.*
2 *Iuramentum calumnia præstatur post litem contestatam.*
3 *Credulitas habetur pro veritate in præiudicium respondentis.*
4 *Testis debet deponere de scientia per sensus corporeos, non de credulitate.*
5 *Pars, in Romana curia, quomodo tenentur respondere interrogationibus.*

1 CVm causam. †Procurator prælati in cã ecclesiæ, & pcurator vniuersitatis, etiam secularis, iurat de calumnia. pars. de proba. licet. de testi. cum causam. Primo ponit factum. Secundo mandatum. ibi nos. Not. ibi de
a raro. a de hac clausula quæ ponitur in instrumentis, & dic vt de transact. contingit. Not. ordinem procedendi in iudicio: quia primo porrigitur petitio. secundo fit responsio. postea fiunt interrogationes, & responsiones, deinde litis contesta. & iuramentum calum. de hoc de proba. quoniam contra. Ex hoc not. quod iuramentum calum. præstatur post lit. conte-
2 sta. statim. †de hoc ĩ. c. 1. lib. 6. ideo dicitur præstari in ipsa cõtestatione. In glo. 1. ibi, & etiam, vbi de calumnia. hoc verius, & ita no. C. eodem l. 2. in glo. antepenulti. pro hoc facit, quia
3 licet respondeatur ad credulitatem, tamen credulitas † habetur pro veritate in præiudicium respondentis: vt not. de iureiu. ex literis. in glo. si. quę est singu. & de testi. ex tenore, quod not. Cyn. C. eodem l. 2. §. quod obseruari, & in eo quod gloss. dicit, quod debet respondere, credo. vel non credo. dic aliud si dicit, non credo, aliud credo non. Nam si interroget an rex sedeat, possum dicere non credo: quia non habeo credulitatem informatam super hoc: sed non possum dicere credo, quod non, nisi habeam pro hoc aliquam coniecturam. pro hoc facit quod not. de testi. cap. 2. libro 6. Et in eo quod dixi, quod credulitas præiudicat sicut veritas. dicit Innocen. s̃. eodem literas, quod scientia versatur circa pauciora, quam credulitas plura enim credimus quam scimus, & ex hoc dicit, quod prohibetur ibi iuramentum in spiritualibus, de calumnia, idest credulitate, vbi permittitur iuramentum de veritate, propter fauorem spiritualium causarum: vt in paucioribus ille sit periurus: quæ consideratio hodie cessat, cum iuretur etiam in eis de calumnia, vt dixi in d. cap. literas. Item, quod dixi, quod credulitas p̃iudicat tanquam scientia, intel-
4 lige respectu partis. † testis autem dẽt dicere tantum de scientia per sensus corporeos: non de credulitate. vnde pars de his etiam quæ non percepit per sensum, potest respondere: vt si interrogatur, an Constantinus fuerit imperator. potest dicere, quod sic, cum habeat indubitatam fidem. secus in teste, nam, vt prædixi, & no. Innocen. ĩ. cap. proximo, iurat tantum de veritate, & de alijs quę in eius p̃ntia facta sunt. C. de testi. testium. Bar. tamen. ff. de libe. cau. l. ordinata, dicit argum. illius l. quod si dicit sic, mihi videtur, probat, quod non procedit, nisi percepent per aliquem sensum: vt quia dicit, quod vidit ducem possidere. interrogatus de tempore, dicit 10. ann. vt mihi videtur. tunc probat: vt dicit Bar. ff. de arbit. quid tamẽ. §. si arbiter, quod procedit nisi expediat probare de certo tempore, vt in præscrip. tunc enim non sufficit quod dicat modo prędicto: quia non reddit testimonium certum: sed dubium: argum. de testi. cum causam. In gloss. vltim. ibi, an sit hæres Seij ex persona Titij, consului quod tenetur respondere solum an sit hæres Titij, non an Titius fuerit hæres Seij: quia solum tenetur respondere de facto suo, non de alieno. ff. de
5 interro. actio si sine. §. vlt. quod signa, & in fi. in Romana † curia ad interrogationes ꝯcernentes negocium principale non cogitur pars respondere, nisi fiant in modum positionum, vt in decisione Rotæ 49.

ADDITIO.

a De raro. Adde glo. & doct. in c. fin. de loca. doct. in c. inter R. seniorem de electio. Bar. in l. pater. in §. libertus. ff. de lega. 2. doct. in l. cum proponas, C. de transact.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus agens qualiter iuret.*
2 *Procurator Episcopus iurat de calumnia etiam sine speciali mandato.*
3 *Episcopus an tangat sacrum in iuramento calumniæ.*

1 CVm in causa †Episcopus per alium agẽs causam propriam per illum iurat de calumnia, sed si per seipsum iurat propositis euangelijs, & non tactis. habet duo dicta. secundũ
2 ibi quod si. No. † ꝙ procurator episcopi iurat de calumnia & sine speciali mandato, sic videtur hic innui. pro hoc facit, q̃d dixi s̃. c. imperatorum. tutius tamen est ꝙ habeat speciale mãdatum. ĩ. c. fi. eo. tit. lib. 6. In glo. 2. in fi. hoc vr̃ contra literam, quæ dicit, ꝙ quãdo per se litigat, debet per se iurare, & sic nõ habet priuilegium, d. c. primi. dic ergo melius, aut litigat pro causa ecclesiæ, aut ꝓpria &c. vt no. s̃. c. cæterum. in gl. pe. Op.
a in eo, ꝙ dicit episcopus non tangit a sacrum in iuramento
3 calumniæ de c. quotiens. in glo. allega. nota. de elect. vt circa lib. 6. solu. hæc litera videtur probare, quod in quolibet iuramento habeat episcopus hoc priuilegium. nam quod dispositum erat in causa testimonij, hoc extẽditur ad iuramẽtum de calumnia. & hoc tenet glo. in dicto ca. vt circa, & in clem. 1. in glo. no. de elect. vbi de hoc, sed Ioan. And. in nouel. lecorrexit ibi, quod solum in duobus habet priuilegium. 1. in iuramento quod præstat, vt testis, & in iuramento calumniæ, in
* alijs tenetur tangere, vt cæteri, & hæc opin. * communis, & ad hanc literam dic oportere dici, quod extensio fit hic per hoc c. Ex hoc soluitur quæstio. petitur quod episcopus, qui litigat per procuratorem per se respondeat positionibus tanquam instructior, obtinuit quod teneatur tãgere, cum simus extra duos casus præmissos.

ADDITIO.

a Quod episcopus non tangit. Adde gloss. in verbo tactis, in clementin. ne Romani. de electio. gloss. in verbo tacta. in clemen. 1. de hære. doct. in c. ego N. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officio expediuntur & quæ veniunt post litem contestatam.*
2 *Eligentes contra formam, priuantur.*

§. Pena vero. Nõ summatur, quia litera seipsam summat. In glo. ibi, per sentẽtiam. pro hoc facit quod dixi de foro competen. si diligenti. Quæro an finito iudicio poterit peti quod imponatur hæc pœna, Innocentius quod non: quia imponenda est officio iudicis;
1 nam † quæ veniunt post litem contestatam, expediuntur officio iudicis. ff. de ædi. edict. ædiles. §. item sciendum. refert alios contradicere. primum placet, pro hoc quod dicit de expensis, facit quod dico de dolo, & contu. c. finem. secus quod dicit Innocẽtius in pœnis, quę imponuntur extra iudicium,
2 vt cum priuãtur eligentes: † quia elegerunt contra formam: quia tunc semper põt agi. de electio. quia propter. vbi de hoc.

De dilationibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest a grauamine iudicis.*
2 *Casus in quo quis dicitur grauari, & appellare potest.*
3 *Conscientiæ alicuius committere, & liberæ voluntati differt.*
4 *Arbitratoris potestas vt sit libera & plena, quid in compromisso ponendum sit.*
5 *Iudex potest interlocutoriam reuocare.*

DIlecti filii. Si iudex in citatione ponit terminum nimis breue, licite appellatur. Primo quærela. Secundo prouisio. ibi, quia vero. † Nota quod a grauamine
1
2 iudicis a potest appellari, etiam si prius non petatur grauamen reuocari, secundum Ioan. Calde. & probatur, quia isti citati statim appellauerunt antequam venirent ad iudicem. pro hoc de appella. si a iudice. li-
2 bro 6. † Nota casum singularem, in quo dicitur quis grauari, & appellare potest, etiam in his, quæ resident in arbitrio iudicis, quantum tempus statuit pro dilatione: vt hic, & ĩ. cap. proximo, & tamen, si nimis restringit, appellatur, vt hic. pro hoc facit quod not. de accu. super his. In gloss. in verbo, arbitrium, & est ratio: quia debet legitime arbitrari. de iureiuran. veniens, & cap. quintauallis. pro hoc est quod not. de verborum signific. clem. sæpe. in glo. Oppono ad hoc de offi. deleg. consuluit, vbi est in arbitrio iudicis expectare diem sequentem: & si expectat, facit gratiam: si non expectat, non facit iniuriam,

ADDITIO.

a A grauamine iudicis. Adde cap. omnis oppressus. 2. q. 6. & in c. ad nostram. & in c. suggestum, de ap. vel vbique per Philip. de Perusio, & Card. Alexan. Abb. in c. super eo. el 2. de appel.

3 iniuriam, vt ex hoc possit appellari. vt ibi, dic, quod † quãdoq;
committitur arbitrio libero, vel liberæ potestati, seu volunta-
ti: & procedit contrarium: simile quod not. de rescript. statu-
tum. §. assessorem. lib. 6. vbi glo. not. quæ dicit, quod si aliquid
committitur conscientiæ alicuius, non per hoc est in libera
eius voluntate, nisi hoc addatur, & si additur, non audit̃ pars
contradicens, de hoc per Ioan. And. in Specu. de citatione. §.
viso. ver. sed nunquid creditur, in fin. secundum hoc intellige
ꝙ no. Inno. ℑ. tit. 1. c. fin. vbi dicit, in talibus non posse appella-
4 ri: per hoc datur cautela, ꝙ † qñ compromittitur in arbitrato
rem, ad hoc vt ptãs eius sit plena, & libera: non sufficit ꝙ dica
tur, ꝙ possit de iure vnius auferre, & dare alteri: quia intellige
retur de modico. ff. de arb. si de meis. §. recepisse. ideo additur
ꝙ ẽt in magna quantitate possit alte & basse &c. In glo. 1. ibi,
arbitrio iudicis, dilatio ergo est arbitraria, vt prædixi: & tñ põt
appellari a nimis breui arbitrio: vt ℑ. in glo. 2. in fi. Opp. ꝙ ꝑ
breuitatem termini non potuerit appellari, cum iudex possit
alium statuere. solu. communiter intelligitur hic qñ termi-
nus fuit peremptorius, & nimis breuis: quia litera ponit hæc
duo copulatiue: sed hoc nõ multum refert: quia etiam si ter-
minus fuerit peremptorius, posset iudex alium statuere, cũ
5 possit † interlocutoriam reuocare. de app. cum cessante. dic er
go ꝙ id quod ponderatur, est, ꝙ terminus fuit nimis breuis:
ex hoc enim solo pars grauatur: quia etiam si non sit perem-
ptorius, habet tamen vim peremptorij in hoc, ꝙ non veniẽs
condemnatur in expensis. de procu. querelam. ibi no. de hoc
in Spe. de app. §. in quibus. ver. sed quam dicet.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus inserit rescriptum in citatione.*
2 *Scriptura priuata facit fidem.*
3 *Dilatio quid sit.*
5 *Capitula sub qua forma in practica admittantur a iudice.*
5 *Reus an teneatur coram delegato comparere non constito de delegatione.*
6 *Citatio ut afficiat, quæ requirantur.*
7 *Citatus quo casu non teneatur comparere.*
8 *Ordinarius quo casu procedere possit contra non suum subditum.*
9 *Iudex ex quo procedit in causa, intelligitur pronuntiare se iudicem.*

PRæterea ad. Si reus p literas citatorias
potuit plene instrui, habe-
bit inducias deliberatorias. communis diuisio: se-
1 cunda, quia igitur. † No. ꝙ delegatus inserit rescri
2 ptum in citatione. i. copiam rescripti. † Ex hoc no. ꝙ priuata
a scriptura a facit fidem quo ad hoc ꝙ citatus tenetur compa-
rere ac si vere constaret de delegatione, quod est singulare. ꝯ,
de fide instrum. c. 1. & 2. Solu. priuata scriptura nõ facit fidem
quo ad plenum præiudicium. vt ibi, alias secus, vt hic, & pro
hoc, quia in dubio non debet credi ꝙ citans malignetur dicẽ
do se delegatum cum nõ sit. Nota de inducijs deliberatorijs
quæ dantur reo, vt deliberet an velit cedere, vel contendere,
& hoc nisi ex citatione potuerit instrui. In glo. quia in literis.
ibi, dilatio dari non dẽt, & sic generaliter cum quæritur quid
3 † sit dilatio, b dr̃ quod est temporis limitatio ad quid peragen
b dum, a lege partium conuẽtione, vel iudicis autoritate statu-
ta. Quæro quotuplex sit. dic ꝙ multiplex, de hoc in Spe. eo. in
prin. & §. 1. 3. q. 2. in summa. est enim dilatio expectatoria. s̃. c.
proxi. Item deliberatoria, vt hic. expectatoria. de exce. pasto-
ralis. probatoria de testi. fraternitatis: & sic de simi. Ibi tãtum
vna dilatio. hoc regulare s̃. c. proxim. & hoc in dilatione pro-
batoria. nam in expectatoria, datur trina, vel vnica, cum trib.
interuallis. de sen. excommu. constitutione. lib. 6. Ibi, sine cau
sæ cognitione. ita obseruatur, quia iudices, cum petitur dila-
tio, immediate eam dant. non tamen vere dicitur data sine
cognitione. sed cum leui cognitione. nam si iudex videret ea
quæ ille vult probare esse impertinentia, non daret dilatio-
nem. de offi. dele. cum contingat, † obseruat tamen ꝙ admit-
tit capitula saluo iure impertinentium, & non admittendo-
rum. d. cap. cum contingat, & prima dilatio probatoria cen-
setur peremptoria: quia non dabitur secunda nisi impedito
in prima. ff. de ferijs. l. fi. post primã datur secunda cum maio-
ri cognitione &c. ibi, sedente. C. eodem a procedẽte. solu. im-
mo facit pro. sed ꝯ est. ff. de interro. actio. voluit. vbi sufficit iu-
dicem ambulare per locum vbi ius redditur. pro hoc facit ꝙ
no. de re iudi. c. vlt. in glo. pen. primum tutius. maxime per d.
5 l. a procedente. in fin. Oppono, ꝙ non teneatur reus compare
re coram delegato, nisi constet de delegatione. de offi. deleg.
cum in iure, nec dicitur constare, licet miserit copiam rescri-
pti, cum sit priuata scriptura, & non faciat fidem. Solu. Inno.
instat ponens multa pulchra, ex cuius dictis collige duas con
6 clusiones. Prima, vt † citatio afficiat, sufficit quod apparenter
sit licita, ita ꝙ præsumptiue inferatur de iurisdictione citan
tis, & hoc si alias erat iudex, vt ordinarius. Ex hoc infertur, ꝙ
si ordinarius citat non subditum, quem dicit contraxisse in
suo territorio, nõ subditus tenetur comparere. idem si expri-
mat aliam similem causam in citatione. nam prima facie cre
ditur sibi, cum non præsumatur calumniari. argum. de præ-
7 sumpt. c. fin. Secunda conclusio, † si citatio apparenter est il-
licita, licet ex causa latenti possit esse licita, non tenetur citatus
comparere. Ex hoc infertur, ꝙ si citatur quis ad petitionem
serui, qui in citatione asseritur seruus, non tenetur compa-
rere, nisi exprimatur causa, quæ sufficiat, vt seruus possit esse
c in iudicio c Idem si ad petitionem excommunicati, vel ad lo-
cum inhonestum, vel notorie non tutum, & de hoc vide. de
8 appellat. ex parte. Quæro † circa hoc, si ordinarius citat non
subditum, dicens ꝙ ibi contraxit, quod non erat verum. dic
colligendo multa dicta Innocen. quod aut citatus venit: aut
non: si sic, potest excipere quod non contraxit: & de hoc co-
gnoscetur: quia iudex cognoscit an sua sit iurisdictio. de re-
script. super literis. si non venit: aut non fuit apprehensus, &
non valebit processus iudicis contra eum, tanquam factus ab
incompetenti. de iudi. at si clerici: aut fuit apprehensus, & po-
terit procedi contra non venientem ad missionem, vel ex-
communicationem: quia in hoc iste est competens iudex, vt
cognoscat an sua sit iurisdictio, vt prædixi. super principali ta-
men quæstione, dicit Innocent. procedi non posse, nisi pri-
9 mo pronunciet se iudicem. dic, † ꝙ eo ipso quod procedit in
causa, intelligitur hoc pronunciare. de appella. ex parte. hæc
procedunt in ordinario. in delegato vero, si citat eum in quẽ
non habet iurisdictionem, & non veniat: non valebit proces-
sus contra eum, secundum Innocent. vnde si in veritate non
erat delegatus: vt quia literæ erant falsæ, non potest cognosce
re an sua sit iurisdictio. quod plenius dicit Innocent. de re-
script. super literis. multi idem tenent. Ego ibi contra, quia
delegatus cognoscit an sua sit iurisdictio. vt ibi, & hanc pote-
statem habet a lege, & sic valet processus si ꝓnunciat se iudi-
cem, etiam si literæ erant falsæ, quod plenius ibi dixi.

A D D I T I O N E S

a Priuata scriptura. Adde Bart in l. nuda ratio, circa medium ff. de dona. Bald. in l. prima. in fin. C. de eden. diffuse, & melius quam alibi per Ludo. Rom. in. in repe. l. admonendi. in 10 col. ff. de iureiuran. vbi examinat per tres col. & ibi ponit amplissimas remissiones.

b Quid sit dilatio. Adde glo. & Host. in summa huius tit & per doct. in rubri. eo. ti. nostro Cy. in l. 1. in 1 q. C. de dil.

c Seruus possit esse in iudicio. Adde l. vix. ff. de iudi. & in l. prima. C. si per vim. vel alio modo Cardinal. in cap. sciscitatus. in tertia quæstio. de rescrip. Cardinal. in capitu. constitutus. eodem titu. in vltim. col. Abb. in capitu. tanta. de simo. Fallit in aliquibus casibus vide per Bertachinum in verbo seruus, vbi adde Specu. & glo. in c. cum deputati. de iud.

S V M M A R I V M.

1 *Reus quando non habeat nouas inducias.*
2 *Actor potest ad sui libitum declarare verba ambigua libelli.*
3 *Actori fauetur in principio litis.*
4 *Dictio (vltra) quid operetur, & quid in teste. num. 5.*
6 *Sententia debet esse clara.*

1 LIteræ tuæ. † Per mutationem libelli, per
quam natura negocij non mu-
tatur, reus nouas inducias non habebit, hoc di-
cit. habet duas lecturas. nam legitur duobus mo-
dis, in gloss. Et ex his quæ infra dico, potest sic
summari. propter declarationem verbi generalis, & ambigui
positi in libello, non dantur induciæ nouæ deliberatoriæ,
etiam si in declaratione exprimatur maior quantitas, quam
esset petita in specie, & est casus singula. Primo ponitur fa-
ctum. Secundo decisio. ibi, nos. Nota ibi, ecclesiæ suo no-
mine, quod prælatus agens pro ecclesia exprimit in libello,
quod nomine ecclesiæ. alia notabilia dicam cum glossa. In
glossa prima. Oppono, quod debuerint dari nouæ induciæ,
per id quod dicitur in gloss. ibi, si vero. solut. gloss. intelligit,
quod hic agebatur, vt isti pronunciarentur cecidisse a iure
suo, ad quod sufficiebat biennium, vt in gloss. ideo fuit su-
perfluum petere declarare illud, & vltra. Et ex hoc ha-
betur vna lectura. Secundo tangitur ibi, si vero. scilicet,
quod hic agebatur ad pensionem non solutam, & hanc
dicit glossa non procedere: quia tunc debuerunt dari no-
uæ induciæ: sed contra primam est: quia secundum eum
hæc decretalis est in dubio. Item non videtur præsu-
mendum, quod si fuisset actum, vt isti pronunciaren-
tur cecidisse, fuisset narratum de triennio, cum sufficiat
biennium, & sic videtur verior secunda lectura, quod pe-
tebant pensionem, & secundum hoc summa, vt supra in se-

cundo summatio, & licet glossa dicat, quod debuissent dari
nouę inducię: dic 𝔍, & collige per hoc capitulum generalem
a doctrinam, quod † verba ambigua libelli possunt declarari ad
libitum actoris, etiam si velit dictionem de sui natura signifi
cantem minus, ampliare ad plus, quod mirabiliter probatur
hic: nam dictio, vltra, refertur ad modicum, vt in glo. & tamē
actor sub illa dictione hoc declarauit de maiori quantitate q̃
3 esset prius expressa. pro hoc facit, quia in principio litis faue-
tur actori. vt notatur de restitutione spoliatorum. cum ad se-
dem. nec ex hac declaratione dabunt nouæ induciæ vltra pri
mas datas ad respondendum libello. quas debes intelligere
hic datas fuisse. ideo autem non dabuntur nouę, quia reus po
tuit cogitare, quod actor poterat hoc exprimere, & quātum
4 ad dictionem, vltra, † dic, ꝙ aut profertur a contrahentibus,
& ad modicum refertur l. hæc adiectio. alle. in gl. & intelligi-
tur illud modicum arbitrio boni viri. aut in iudicijs: & tunc,
aut in partibus, & potest extendi ad libitum exprimentis, per
hāc literam, maxime actori, cui fauetur in initio litis. ff. de iu-
di. si quis intētione, & prædixi 𝔖. aut a teste, & nihil operatur:
quia dictum testis debet esse clarum. de testi cum clamor. ꝑ
hoc facit quod no. de inoff. testam. l. si quis in suo. No. Bar. ff.
de in litem iur. cum furti. ibi tñ loquitur qñ testis dicit ꝙ res
valet tantum, & plus, dicēs ꝙ illud plus nihil opera. Idem dic
a si dicit, & vltra: quia subest eadem rō, & de hac dictione a no.
5 idem Bar. ff. de vsucap. Celsus. Per hoc infertur, † ꝙ si testis
in probanda præscriptione dicit, quod talis possedit. 39. annis,
& 11. mensibus, & vltra, non probat. aut profertur a iudice: &
6 idem quod in teste, quia † sententia debet esse clara. C. de sen.
quæ sine cer. quanti. lege 1. & 2. de verborum sign. in his.

A D D I T I O.

a De hac hac dictione. Adde glo. in clem. 1. de vsuris. Antonium de Butrio, in c. Raynutius. in 9. col de test. Raphael. Cuma. consil. 212. incip. cuius quidam florentinus legauit. in 2. columna.

S V M M A R I V M.

1 *Papa pro subsidio Romanæ ecclesiæ dicitur prælatos personaliter citare.*
2 *Præceptis duobus concurrentibus, maius extinguit minus, etiam si minus præcesserit.*
3 *Principis interest habere subditos locupletes.*
4 *Procurator debet esse idoneus, & habere mandatum per quod possit præiudicare domino.*
5 *Clausula, saluis &c. in mandato procuratoris quid operetur.*
6 *Citatio secunda non faciens mentionem de prima, an ei præiudicet.*
7 *Mandata quando sunt compatibilia, vtrumque est exequendum.*

EXposuit. Si post vocationem ad cām, reus
ꝓ publica vtilitate sit vocatus, cir-
cūducitur peremptorium, & reus nouas inducias
obtinebit de eodem facto habetur c. fi. cum deli-
cti. & ponitur de maio. & obe. de dolo & contum. c. fi. Primo
duplex citatio Burdegalentis. prima non personalis. secunda
personalis, & comparitio in secunda, & disputatio super pri-
ma. Secundo sententia Papæ absoluens a prima, ibi nos. Not.
quod archiepiscopus potest esse primas super alios archiepi-
scopos ex priuilegio: quando agitur de iure primatiæ. de offi.
1 ordin duo. † Not. ꝙ Papa citat prælatos personaliter pro sub-
sidio Romanæ ecclesiæ. Not. ꝙ existens in curia ex causa ne-
cessaria habet ius reuocandi domum, de foro comp. c. fi. No.
ibi, saluis exemptionibus formam procuratori: de hoc 𝔍. No.
ibi, in personam propriam. ꝙ procurator censetur pro domi-
no. hæc tamen verba de quibus hic non operantur, ꝙ possit
ea quæ exigunt speciale mandatum, nisi aliqua sint expressa,
sed secuta clausula generali. de procu. quo ad agendum. lib. 6.
2 Not. de † duobus præceptis concurrentibus, maius extinguit
minus, etiam si præcesserit. ff. ad Sylla. si quis in graui. de app.
cum parati. Nota, ꝙ quandoque post vnam dilationem non-
dum finitam datur alia, & hoc in alia causa. quid in eadem:
dic vt de app. significante. No. ibi, suffraganeis, & alijs, ꝙ cum
agitur de statu prælati, causa cōcernit totam prouinciam, vel
dioecesim, adeo quod debet procedere requisito cōcilio sub-
ditorum: vt hic. interest enim ipsorum ne subijciantur pluri-
bus. de hoc 𝔍. Nota, ꝙ id quod dicitur, ꝙ secundum manda-
tum intelligitur sine præiudicio primi, non habet locum qñ
secundum est fortius. de hoc infra. In glo. 1. in fin. Oppono ꝙ
Burdegalen. non debuit citari ad causam cum Bituricen. in
hoc ꝙ Bituricen. dicebat se habere iura primatiæ in prouin-
cia Burdegalen. sed debuerunt citari alij prælati Burdegalen.
quorum intererat. dic ꝙ Bituricen. dicebat se habere iura pri
matię non solum in prouincia Burdegalen. sed etiam in ipso
archiepiscopo. vt ibi, in eo, & in prouincia. Item, ēt si diceret
de sola prouincia, adhuc interest Burdegalen. ne subditi sui al
3 teri subsint: interest, † enim habere subditos locupletes. Aut.
vt iudi. sine quoquo suffragio. §. cogitatio. per multos autem
dominos plus grauantur subditi. In glo. 3. ibi ad cautelam. ꝑ
hoc soluitur contrarium sequens. Opponitur enim, quod
4 non valuerit hoc mandatum: † procurator enim debet esse
idoneus, & habere mandatum, per quod possit præiudicare
domino, vt lite non contesta. c. 1. solu. secundum hanc gloss.
5 † clausula saluis, &c. nihil operatur, & sic non restringit man
datum. Vincen. contra, quia quando est clausula in mandato,
si omittit exceptiones, non valet iudicium: quia facit contra
formam mandati. de rescrip. cum dilecta. primum verius, per
id quod dicitur in glo. & hæc clausula cum insit, per id quod
dicitur in gloss. non sufficit, si sapit monitionem. argum. de
electio. significasti. & quod ibi not. & per Innocent. de offic.
deleg. prudentia. in prin. & signa glo. quia singularis. In glos.
pen. in fin. de hoc in seq. glo. In glo. vltim. in fin. Oppono, ꝙ
6 bona fuerit allegatio Bituricen. quia secunda citatio † debuit
intelligi sine præiudicio primæ, ex quo de prima non facit
mentionem. argum. de rescrip. cæterum. soluit Inno. ꝙ ibi in
diuersis rescriptis impetratis a diuersis: quia non præsumitur
Papam daturum fuisse secundum si sciuisset de primo. hic
in mandatis, in quibus etiam si fuisset memoria de primo, fe
cisset secundum ex causa necessaria. Item in c. cæterum, erant
diuersa rescripta circa idem. hic diuersa præcepta circa diuer
sa: & secundum erat fortius: ideo præiudicat primo: vt in no-
tabilibus, & aliter, ꝙ Burdegalē. non fuerit excusatus propter
citationem personalem: poterat enim etiam primæ citatio-
ni satisfacere comparendo per procuratorem, nam qñ man-
7 data † sunt compatibilia, vtrunq; est exequendum. de appell.
cum parati. solu. non tenebatur hanc arduam causam prose-
qui per procuratorem. de procu. c. 1. Item non habuit tem-
pus instruendi per procuratorem, & consulēdi suffraganeos,
iu litera, qua de causa sibi licuit etiam finita legatione recede
re de curia, & dicit Inno. ꝙ arduitas negocij fuit legitima cau
sa reuocandi domum, vt possit deliberare, & ꝙ si fuisset vera
replicatio Bituricen. ꝙ potuisset deliberare ante secundam ci
tationem, non fuisset excusatus ff. de arbi. nō distinguemus,
§. si quis compromiserit. quod vltimum quia ā n reprobant,
quia totum tempus cedit sibi lucro. & hoc verius, de electio.
commissa. libro sexto.

De ferijs. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Die dominico quæ sint prohibita.*
2 *Jllicitum dicitur quandoque ratione die.*
3 *Mercatum quale sit prohibitum diebus festis.*
4 *Malos punire an liceat diebus festis.*
5 *Testis non potest iurare die dominico.*
6 *Studere an liceat diebus feriatis.*

1 OMnes dies. † Die dominico mercari,
litigari, iudicari, vel iura-
ri non debet. hoc dicit. In glo. prima. ibi, con-
suluit. Pet. & Egid. dicunt quod ibi loquitur
in diebus, quibus non sunt vigiliæ, commu-
niter statuit gloss. Et in fine. Oppono in eo,
quod dicit, die dominico cessandum ab opere illicito. nul-
lum enim speciale in die dominico: cum etiam alijs diebus
sit ab hoc cessandum. de vita & honestate clericorum, cum
2 ab omni. solu. † quandoque illicitum dicitur ratione diei: sic
loquitur hic, quia mercatum, & alia de quibus hic, licēt alijs
diebus, contrarium procedit de illicito simpliciter. Oppono
3 ad illud de mercato. potest enim fieri causa pietatis. de emp.
& vendition. capitulo primo, ergo licet etiam in dominico.
sol. intelligit de mercato non necessario, quod fit causa mer-
candi, quod prohibetur: quia ius est quod non interueniant
mendacia. de pœniten. distinct. 5. mendacium, & ca. qualitas.
prohibetur etiam, vt die dominico vacetur exactioni in glo.
4 2. in fin. contra, quia merces † est punire malos. 23. quæstio. 5.
qui malos, & ca. iudex. vnde scribitur: beati qui faciunt iusti-
tiam omni tempore. ergo hoc licet die dominico. ꝑ hoc. C.
eodem prouinciarum. de immu. eccl. inter. solu. licet sit mer
ces punire malos, debet intelligi tempore non prohibito. de
conse. dist. 5. nunquam, de vsu pal. c. pen. & sic respondetur ēt
ad illud: beati &c. Ad l. prouinciarum. dic ꝙ loquitur in latro
ne publico, vel nocturno depopulatore, in quibus spāle: quia
multis nocent. sic etiam loquitur d. c. inter. de hoc de immu.
eccle. c. fin. In glo. pen. in fin. Ex hoc. i. ex litera dic, quod testis
5 † non potest iurare die dñica: sed si iurauit tpe idoneo, potest
deponere

deponere testimonium in die feriata, vt in Spe. eo. ti §. a. ver. quid si tunc: quia iste est actus extraiudicialis. In glo. vlt. in fi.
6 Quæro † an liceat studere diebus feriatis. quidam nimium subtilis conscientiæ non studens, quorum conscientiam Deus acceptat. dic ergo φ licet. prohibetur enim tunc opus seruile: vt hic, & J. c. 3. cum fi. ff. eo. diuus. vbi glo. secus in non serui- li. vt in studio ad illuminandum intellectum. forte autem pro lucro secus, aduocati tamen, & doctores in consulendo
* hoc non seruant*.

ADDITIO.

* Ad hanc materiam vide Steph. Aufr. de recussat q. 5. per totam, & Hora. Luci. de priuileg. Scholar. priuileg. 50. vbi loquitur ex mente S. Thomæ, & aliorum B S.

SVMMARIVM.

1 *Iurans aliquid dare die dominico, non est periurus si dat ante mediam noctem.*
2 *Genuflexio quare non fiat die dominico.*

1 QVoniam. Habet quatuor dicta. secundum in §. dieb. tertium in §. præcrastinibus. quartum in §. præterea. In glo. 2. ibi media nocte. † Ex hoc arguit Arch. in c. quod a partibus. 75. d. φ si quis iurauit tibi aliquid dare die dñico, non est periurus si dat ante mediam noctem. In glo. argum. cõ: ibi, scire vbi
2 redditur ratio † quare hoc tempore non fit genuflexio.* In
* glo. pen. in fi. solu. vt no. 11. dist. nolite. de summa trini. c. vno. lib. 6. in gloss. nota quod.

ADDITIO

* Nota quod hoc non dicitur in glo. Sed quædam appostilla ad ad ipsam hoc dicit ex Io And. B. S.

SVMMARIVM.

1 *Diebus festis in honorem Dei licita est piscatio, & alia necessaria ad alimenta.*
2 *Decimæ non debentur de piscatione.*

1
* LIcet tam. † Propter necessitatem permittitur in festis alecia*. vel sic. propter necessitatem diebus feriatis in honorem Dei possunt fieri quæ pertinent ad alimenta: vt piscari, & similia. In glo. 1. ibi, primum diem. de hoc. 75. distinct. quod a patribus. Ibi non possumus. de baptismo. maiores. versic. absit. In glo. vt puta. in fine. & in die assumptionis Virginis. de sententia excommunicationis. c. fin. lib. 6. In glo. vltima. ibi, prædiales, immo personales, ex quo in mari capiuntur. secus
2 si in stagno. de hoc de decimis, non est: † tamen non soluuntur pro decimis: sed pro eleemosyna.

ADDITIO.

* Ad. dic. alecia, id est aleciarum piscatio, huius enim nominis piscis hic appellatur a glo. in versic. Alecia Secundum aliquos est genus liquaminis, quod ex piscibus quibusdam cõficiebatur. Theodo. ex Arist. Alecem venit pro pisciculo, quem ille μαινίδα, Cic. mena appellat. puto hanc esse piscationem eorum piscium, quos alij Sardas, Romani materno vocabulo vocant. Alice. B. S.

SVMMARIVM.

1 *Modus computandi dies prohibentes tempora nuptiarum.*
2 *Consuetudini diuturnæ standum est.*
3 *Subtilitas quæ reprobetur.*

CApellanus. Tres septimanæ quibus canon phibet nuptias celebrari ante festum B. Ioannis, non continuantur isti festo, sed intelliguntur de septimana assumptionis cum duabus sequẽtibus. communis diuisio. Secunda, quia igitur. surrexit dubium propter. c. 33. q. 4. non oportet, vbi dr̃ de tribus septimanis ante festum B. Ioannis. sed ibi alluditur vulgaribus. sicut dr̃ de quadragesima B. Martini, quæ tñ fit propter aduentum, sed sic dicitur quia ti ci-
1 pit in die B. Martini. † Quæro de modo computandi tempora prohibentia nuptias. dic, φ prohibentur a prima dñica de
* aduentu vsq; ad octauam Epiphaniæ inclusiue.* durat enim epiphania octo diebus: & ideo qñq; dr̃ epiphaniarum. 30. q. 4. deuotis. Idem a 70. vsq; ad octauam paschæ resurrectionis. vt hic, ibi post octauas Paschę: & sic nõ in octaua. Item a prima die rogationum vsq; ad octauam Pentecostes inclusiue, si. n. liceret in octaua, nõ haberemus tres hebdomadas: de quibus hic. & in d. c. nõ oportet. Item hic dicit post septimum diem festi pentecostes, quod caret octauis: ergo non in octaua, alias dixisset, & p sex dies post festum. sic computat Host. & est tuta computatio. lrã tñ est clara. Et φ octaua pentecostes nõ sit prohibita, facit litera ibi, φ caret octauis, quod vr̃ dictum ad excludendum octauam: quod tñ post dixit magis ꝯsonat literæ. obseruatur tñ alicubi φ in octaua Paschæ, & in octaua pen
2 tecostes fiũt nuptiæ: & vbi est † diuturna ꝯsuetudo ei stãdum: argum. de consue. c. fi. qua cessante, sene primum. nec põt eps
a in hoc dispensare ꝯ canones a. de tẽp. or. dilectus. de quo sæpe fui interrogatus. Quæro in eo, φ dicit & prohibẽtur nuptiæ. quomodo hoc intelligitur: quidam intelligunt de solennitate nuptiarum: tu intellige de consummatione matrimonij, dicto cap. non oportet, & capitu. gloss. sequen. & sic etiam viduæ quę ducuntur sine solennitate, non possunt hoc tempore duci, multi tamen non obseruant. In gloss. vltima, ibi dile-
3 ctu. dic vt ibi. subtilitas † enim perniciosa reprobatur, quæ tendit ad alium decipiendum. subtilitas vero pro intellectu iurium commendatur. Hostien. de hoc per Archidiac.

ADDITIONES.

* Inclusiue. Hodie vsq; ad festum Epiphaniæ, pro quo, & pro his quę hic dicit Card. vide in concil. Trid. ses. 24. de reform. matrim. c. 10 B. S.
a Contra canones. Adde Inno. in c. fi. in fin. de postu. præla. Spe tit. de lega. in §. sunt quoque. in fi. Archi. in c. ecclesia habet senatum. 16. q. Ab. in c. 1. in 2. col. de eo. idem Abb. in c. cum ad monasterium. in 2. col. de sta. mona.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium diebus feriatis quando valeat.*
2 *Dies feriati in honorem Dei qui sint, & ibi de festo conceptionis B. Mariæ Virginis.*
3 *Festum omnium Sanctorum an habeat vigiliam.*
4 *Episcopus potest facere diem feriatam quæ non erat.*
5 *Partes non possunt renunciare ferijs in honorem domini.*
6 *Feriæ repentinæ quæ sint.*
7 *Citatio facta tempore feriato an valeat.*
8 *Citatus etiam si non compareat non dicitur contumax, si iudex non sedet.*
9 *Citatio facta tempore feriato ad non feriatum an valeat.*

1 COnquæstus. † In ferijs in honorem Dei nõ valet iudicium, ẽt de cõsensu partium, nisi necessitas, vel pietas suadet. sed si in fauorem hominum, valet de partium ꝯsensu: primo tractat de ferijs in honorem Dei. Secundo in honorem hominum. ibi: licet. No. ibi: iudicialis strepitus, φ diebus feriatis in honorem Dei non valet iudicium, quod fit cum strepitu. secus ergo si sine strepitu, vt in actibus volũtariæ iurisdictionis: & sic valet ẽt transactio. C. eo. l. vl. & arbitramentum, φ censetur transactio. φ dico de iureiu. quintauallis. No. ibi: natalis
2 &c. qui sunt dies † feriati in honorem Dei. adde festum cor-
* poris Christi. de reli. & vene. san. cle. vna.* & festum ꝯceptionis B. Virginis. de hoc altercatio. glo. n. de ꝯse. dist. 3. c. 1. dicit non esse celebrandam conceptionem: quia fuit concepta in
a originali a quod tenent fratres prædicatores: alij quod immo sine originali, quod tenent fratres minores. quod videtur ecclesia recepisse faciendo officium de conceptio. Nota. ibi Innocen. quia non dicit de duobus diebus, qui sequuntur ante festum sancti Siluestri, de quibus vidi dubitari. dic quod non sunt feriati, ex quo hic non dicitur. argum. de præsump. non-
3 ne. No. ibi: omnium † sanctorum. de hoc festo quidam opinant quod non habeat vigiliam, & vulgo eam non obseruãt alicubi, propter prouerbium: qui seruit communi seruit nemini: sed φ sic est tex. de conse. dist. 3. c. 1. No. Inno. in rub. de
4 obserua. ieiuniorum. † Not. φ episcopus potest facere diem feriatam quæ non erat. Intelligit Goffr. etiam canonizando sanctum

ADDITIONES.

a Concepta in originali. Adde Archi. in c. firmissime. de conse. di. 4. & pro opi. Scoti. quod non fuit concepta. allega. Decretalem iam incognitam domi- nis canonistis editam in concilio Basiliensi incip. sacrosancta editam sub anno Domini. 1449. 15 Kalend. April. prout refert glos. in ver. Beatæ Dei genitricis, in extrauagan. incip. vnigenitus dei filius, & ibi glo. dicit, quod legitur in quadam cronica, quod quidam doctor nomine Paulus, dicendo Virginem Mariam conceptam fuisse in peccato originali, coram toto clero in Cracouia ciuitate Poloniæ expirauit in medio sermone.
* Confirmatur in concil. Trid. ses. 13. de Sacram. euc. can. 6. & ses. 23. in decre. de reform. c. 1 B. S.
* Ad hanc materiam vide concil. Basil. ses. 36. & extrauagan. Sixti quinti. inter cunctas de reliq. & ven. sanct. c. 1. & nouissime in concil. Trid. ses. 5. in decr. de p. c. orig. in fi. cuius authoritate cessat altercatio. B. S.

sanctum qui non erat. de conse. dist. 3. c. 1. dic ꝯ per c. 1. de reli.
& ven. san. lib. 6. & quod hic dicit intellige de canonizatis ab
ecclesia: quia de talibus potest facere diem feriatam quę non
5 erat. † No. in ver. quibus, ꝙ ferijs in honorem Dei nō pñt par-
tes renunciare. de hoc in summario. nō valet ergo iudicium
etiam parte non excipiente: secus in ferijs fauore hominum:
vt hic, & valet parte non excipiente, si est præsens: secus si ab-
6 sens. ff. eo. l. 1. In glo. no. ibi: principis. hę † dicuntur repentinę,
quia repente, & insperate fiunt, puta ob aliquam victoriam,
vel quid simile, & has potest inducere nō solum princeps: vt
dicit Specu. eo. tit. in prin. sed etiam alius iurisdictionem ha-
bens, & ita solu. Quæro an istis possit renunciari. glo. de verb.
sig. cle. sæpe, ꝙ non. de hoc ibi dico. q. 18. & sic æquiparantur
ferijs in honorem Dei, pro hoc quia videntur de iure publi-
co. ergo non possunt per pactum remitti. de foro compet. si
7 diligenti. † Et in fi. Quæro an valeat citatio a facta tempore fe-
a riato. hæc quæstio potest varie intelligi. Primo, an valeat cita
tio facta tempore non feriato ad diem feriatam, & sic in effe-
ctu dicitur facta tempore feriato. Secundo modo, an valeat
citatio facta tempore feriato ad diem non feriatam. Tertio,
an valeat tempore feriato ad diem feriatum. & in hoc sunt
b varietates. Ad primum dic, ꝙ si fit cum dictione, vsque, b pu-
ta quod compareat vsq; ad talem diem: & sic vsq;, stat inclu-
siue. si autem fit sine dictione, vsq;, tenet Innocen. quod valet,
quia continet duo mandata. vnum de comparendo: aliud de
comparendo tali die. argum. de dolo & contum. dilecti. ff. de
arbi. Celsus. §. sed & ipse: quamuis ergo videtur secundum, ta
mē primum tenet. Pr. C. eodem dies. hoc reprobat: quia ſm
hoc teneret citatio sine die, quod reputat absurdum: dic ta-
men, qđ tenet d. c. cum dilecti, quod ibi alius casus quod hic
scribo, & videtur difficile sustinere d. Inno. nam ex quo cita-
tus est ad diem feriatam, nec tenetur venire illa die: ergo nec
alia: quia quod potuit noluit &c. de offi. deleg. cum super. &
sufficit, quod non potest isti imputari contumacia, sicut &
8 alias † quando in termino iudex non sedit, citanis non dici-
tur contumax, etiam si non compareat. no. de dolo. cap. fi. in
glo. vltima. idem ergo hoc casu, & ex quo dies, in quem col-
lata est citatio, est inhabilis ad procedendum, pro hoc infer-
tur, quod non tenet citatio ex defectu citantis, seu ex inhabi-
litate ipsius citationis: quia iudex non potuit citare ad illam
diem, & in c. cum dilecti. impedimentum non surrexit ex fa-
9 cto iudicis, sed ab extrinseco. Ad secundum † de citatione fa-
cta tempore feriato ad diem non feriatum, dic, quod aut quę
ritur de actu iudicis qui die feriata decernit citationem fieri:
& non valet, cum sit actus iudiciarius: vt hic. aut quæritur de
actu nuncij, & hic duplex. Primus cum exequitur citando:
hic etiam videtur non valere. C. eodem l. vltima. ibi, horrida
vox &c. contrarium tamen obseruatur, & sustinetur: quia nō
est actus iudiciarius. Secundus actus nuncij est relatio, quod
citauit, quam facit apud acta: & hoc valet in die feriata, quia
est actus extraiudiciarius. nam etiam oblatio libelli valet tali
die tanquam actus extraiudiciarius. ff. de adulte. miles. §. sexa-
ginta. Ad tertium an valeat citatio die feriato ad diem feria-
tam: patet ex prædictis.

ADDITIONES.

a An valeat citatio. Adde glo. in c. placita. 15. q. 4. glo in clem. j. de iudici. Cy. in
l. fin. C. de fer. Bar. in l. 1. in §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Bal. in tra. de citatio
ne. in 7. q.
b Dictio. vsque. Adde Arch. in c. de illa. 33. dist. Rapha. Cu. consi. 99. incip. quæ
dam possessio soluta.

De ordine cognitionum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Agenti de matrimonio obstat exceptio consanguinitatis.*
2 *Exceptio peremptoria elidit in forma, & perimit in effectu.*
3 *Testes super nouo articulo pendente ex veteribus, duplicatis attesta-
tionibus recipiuntur.*
4 *Emergens & incidens quandoque sunt sinonima.*
5 *Exceptio peremptoria vnde oriatur, & eius vis.*
6 *Exceptio dilatoria vnde oriatur, & eius vis.*
7 *Incidens aliquid esse varie intelligitur.*
8 *Iudex pronuncians super incidenti & super emergenti non potest re-
dargui.*
9 *Pronunciatio iudicis layci super principali non potest tacite in-
ferre pronunciationem in incidenti in quo non potest pronuntiare,
etiam indirecte.*
10 *Superflua resecantur in sententia.*
11 *Exceptiones plures, etiam peremptoria quando opponuntur, si vna
constat quod non obstat, & non de alia, statim pronuntiandum est
illam non obstare.*
12 *Sententia lata in incidenti an valeat.*
13 *Iudex pedaneus quis dicatur.*

INtelleximus. Iudex ante senten-
tiam de incidēti co
gnoscit: sed tantum super principali pronun
ciat. Primo quæstio. Secundo solutio. ibi, in-
1 quisitioni. † Nota quod agenti de matrimo-
nio obstat exceptio consanguinitatis, & hoc
si agitur petitorio: vt hic. ibi, peteret: sed in possessorio distin-
guitur: vt de restitutio. spoliatorum. literas. Nota ibi, elidi, &
2 ibi perimatur: † quia exceptio peremptoria elidit & perimit,
& dic elidit in forma: perimit in effectu. de hoc de excep. pa-
stor. Nota, quod exceptio peremptoria proponitur fundata
intentione agentis. hoc tamen non omnino colligitur hic:
sed debet intelligi, & satis colligitur, quia publicatis attesta-
tionibus, cum vir timeret, quod mulier obtineret in causa,
opposuit de consanguinitate, & videtur minus prudens qui
ante fundatam intentionem aduersarij proponit exceptio-
3 nem peremptoriam. de testi. cap. de testibus. in glo. fin. † No.
a ex hoc, quod publicatis attestationibus a recipiuntur testes
super nouo articulo pendente ex veteribus, idest pertinente
ad causam. de testibus, fraternitatis. Nota quod licet cogno-
scatur de peremptoria, non tamen pronunciatur: sed tantum
de principali, vt in summario. & hic in fin. Oppono ad hoc
de pluribus allega. in gloss. ibi: Martinus. solu. vt in ea. & pro
intellectu terminorum: quia in glo. fit mentio de incidenti,
4 & emergenti. dic, quod † quandoque ista duo sunt sinonima.
vnde dr̄ quandoq; emergēs id quod concernit merita seu ꝓ-
cessus. i. an intersit opponentis. j. de testi. veniēs, el 2. & in eo-
dem c. dr̄ incidens id quod habet vim peremptoriæ. ibi, tam
super prīnpali, quam incidenti: quod ibi dico argum. sic dif-
ferentia, quæ assignatur inter hæc vocabula, est potius legra-
lis quam iuridica. communiter tamen accipiūtur pro distin-
ergo hic, quando renunciat post spoliationem, debet purga-
ri vitium spoliationis: vt not. Innocen. in d. c. super hoc, quia
renunciatio non est ita vicina spoliationi sicut solutio pro-
missioni, quod est notandum. & dic, vt ibi. Ibi, agitur tantum
possessorio. ex hoc colligitur secũda solutio, quod agitur pos-
sessorio & petitorio. Item posset alio modo intelligi gl. vt sit
sensus quod exceptio renunciationis non excludebat hic ni-
si proprietatem: quia non potest intelligi quod renunciaue-
rit possessioni quam non habebat. sed in c. seq. renunciatio ꝯ-
cernebat possessionem & proprietatem. quia renunciauit tẽ-
pore quo possidebat, ideo ibi obstat: Ibi, & in fine. ioirmo non
colligitur, sed tantum quod non obstat secundum proxi. di-
cta in glo. & in suppletione. In glo. 2. ibi, quidam. ex hoc col-
ligitur alia sol. ad contrarium c. sequentis. de quo etiam in c.
præcedenti. & in eo quod glos. dicit, quod hic renunciauit nõ
coram suo iudice, hoc non apparet hic. sed quatenus dicit, ꝙ
in c. sequenti renunciauit coram suo iudice, colligitur hoc ĩ
c. seq. ibi, coram eboracensi. & ibi, taliter abiurauerit. pro hoc
4 est quia † cessat præsumptio metus quando solutio fit in iu-
dicio. ff. quod metus causa. non est verisimile. ibi, constabit. ĩ-
mo non constabat, sed mandatur inquiri, & inquantum con
stituisset & c. hæc sol. recidit in primam de qua in glos. præce-
denti. Et in fine. alia sol. colligitur in c. seq. in glo. ibi, quidam,
& dic, vt ibi. Extra glo. sol. & aliter. quod hic solum dicit resti
tutionem faciendam antequam audiatur exceptio renuntia-
tionis. Vnde quod dicitur in c. seq. quod audiatur exceptio: de
bet intelligi post factam restitutionem. Hostiensis hoc est in-
tricare hoc c. Ioan. An. aliter soluit, quod hic petẽs restitui re-
plicauit extra exceptionem renunciationis. sed in cap. sequẽ.
nnn. hoc diuinat ad c. se. & dato quod ibi replicasset, non fuis-
set auditus si renunciauit dum possidebat, per prædicta. Ex his
dic, quod prima solu. secundum quam summaui, magis cõ
uenit literæ. & verior est: possunt tamen & aliç saluari modis
prædictis. vtile tamen est coniũgere secũdam solutionem de
qua in glo. præced. cum prima, vt dicatur, quod contra spolia
tum petentem restitui non obstat exceptio renunciationis, si
non negatur: vel si negatur, sed discutitur, & constat quod tẽ-
pore renunciationis erat spoliatus, & hoc per rationẽ de qua
in litera: quia non est verisimile & c. Inbest & alia ratio. quia,
ex quo non possidebat, renunciatio concernit proprietatem
seu titulum: sed nõ possessionem, vt in prædicta gl. sed ad hæc
sufficit, ꝙ tẽpore renunciationis non possidet, ẽt si nõ fuerit
spoliatus. In gl. vltima. ibi: secundum canones, nulla differen-
tia est ĩ hoc inter leges, & canones & ad c. redintegrãda. dic, ꝙ
loquimur cum agitur ꝯdictione illius c. alias procedit quod
dicitur in glo.

ACcepta cõquæstione. Sũma vt
supra cap.
proximo. Primo querela idest processus. secundo
prouisio, ibi: mandamus. In gl. ibi, dispensationes.
hoc no ꝓcedit neque apparet ibi, sed in c. ꝓcedenti. immo ibi au
ditur de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum obstat agenti vti possidetis.*
2 *Literæ secundæ quando reuocent primas.*

AVdita quærela. Si conuentus sup vti,
possidetis impetrat re
scriptum super restitutione, & præsentat ante la-
tam sententiam in primo iudicio, proceditur per
hoc rescriptum super restitutione. sed si post sententiam, nõ
reuocatur sententia, licet rescriptum fuerit prius impetratũ.
Primo ponitur factum & vna commissio. Secundo, alia, ibi,
licet. Tertio alia, & mandatum, ibi, quia tamen. & intricatur
casus, quia litera nõ est clare dictata. sed dic, quod inter T. cle
ricum agentem & H. reum emanarunt tres commissiones.
Prima ad instãtiam T. super vti possidetis ad Londonensem
episcopum & Eliensem archidiaconum: & illi pronũciarũt
contra H. Secunda commissio ad eundem archidiaconum
& Vig. episcopum, vt in suprascriptione. Tertia commissio ad
eosdem secundos: licet Innocent. instet qualis fuerit forma se
cũdæ commissionis. dic, vt patet in antiqua, ꝙ fuit illa de qua
sup. cap. solicitæ. quod c. fuit de hoc decisum. & sic super resti
tutione impetrauit etiam ꝙ reuocaretur per secundus id qđ
esset attentatum per primum post arreptionem itineris seu

1 nuncij missionem. † Nota, quod iuramentum seu adiuratio ob-
stat agenti, vti possidetis. Oppo. ad hoc J. de institu. cum ve-
nisset. solu. vt ibi gloss. antepe. in fi. & melius vt ibi dico con-
trario vltimo, & dic, quod hoc obstat hoc modo: quia hic agens
vti possidetis vincit, si liquet, quod aduersarius abiurauit. ergo eo-
dem modo si constaret, quod ipse abiurasset, succumberet, vt a-
ctoris, & rei sit æqua conditio. de mutuis peti. c. 1. & 2. & hoc
procedit quando abiuratio fit ad commodum aduersarij, si-
cut hic: quia iurauit se non moturum quæstionem, Tunc
enim infertur, quod possidet vi clam, vel præcario aduersario: se-
cus si non ad cõmodum aduersarij, quod plenius dico in di-
2 cto ca. cum venisset. Nota † quod licet secundæ literæ sint re-
uocatoriæ primarum. tamen non intelliguntur primæ reuo-
catæ, nisi quatenus impetrans secundas eis vtitur, eas præsen-
tando, vt hic, quod optime facit ad ea quæ dico de rescriptis,
cæterum, in glos. 2. in fi. & quomodo agenti vti possidetis ob-
stet exceptio abiurationis, dic vt s.

SVMMARIVM.

1 *Spoliato beneficio competit interdictum vnde vi.*
2 *Rigor quandoque præfertur æquitati.*
3 *Agenti possessorio an & quando obstet exceptio tituli.*
4 *Agi posse de spoliatione facta post sententiam latam in petitorio.*
5 *Maritus adulteram notoriam potest a se propria authoritate eijcere
subtrahendo sibi debitum.*

IN literis, Spoliatus beneficio restituitur,
non obstante exceptione minus
canonici tituli. vel non ponas verbum beneficio,
quia litera non ponit, primo, quæstio, & solu. vel
primo decisum exordiũ. secundo, quæstionis responsio, ibi, su-
1 per illa. Tertio ratio ibi, quia predo. † No. quod spoliatus be-
neficio petit restitui: & sic competit ei interdictum vnde vi:
etiam si non habeat legitimam possessionem: & licet in li-
tera non fiat mentio de beneficio, satis tamen ex ea colligi-
tur ibi, de canonica institutione. No. quod predo &c. vt in li-
2 tera. † Nota, quod rigor a quandoque præfertur æquitati, &
a dic rigor, idest subtilitas, 50. disti. vt constitueretur, de hoc de
translatiu. c. fina. In gloss. 1. ibi l. 1. vbi si ago de possessione, &
tu me accusas de violentia criminaliter, prædiscutitur posses-
sio. & sic illa l. non facit ad hoc c. quia hic dicitur prius cogno-
scendum de violenta eiectione: idest de possessione violenta
seu violenter ablata, vt in gloss. Et sic etiam hic cognoscitur
de possessione. habet tamen dicta l. alios intellectus, potest ta-
men intelligi vt consonet huic literæ: vt contra agentem
possessorio recuperandæ obstet exceptio dominij. sic intelli-
git Petrus, vt ibi dicit Cyn. & sic loquitur ff. de iudic. si de ui.
In glo. antepenul. in fin de hoc J. super gloss. vltim. In gloss.
penul. ibi, petitorio, de hoc super glo. seq. Et in fin. de hoc de
immuni. eccle. inter alia. In glo. vltima ibi bona fides, super
3 hoc quod tangitur in hac glos. & alijs præcedentibus, an † &
quando agenti possessorio obstet exceptio tituli, multæ sunt
varietates, ad quas tollendas dic, quod aut excipitur contra agen-
tem possessorio recuperandæ de dominio seu titulo, de quo
non constat, sed excipiens vult probare, & non auditur excep-
tio. C. ad l. iul. de vi pub. si quis ad se fundum. & hic, etiam si
statim velit probare, nisi in casu quo imminet periculum ani-
mæ. J. cap. litteras, aut de dominio seu titulo constat, & tunc
aut contra agentem obstat iuris dispositio seu inhabilitas ad
possessionem: & admittitur exceptio: nec restituitur nisi do-
ceat de titulo per quem sit factus habilis, sic loquitur J. ca. ex
transmissa, & ca. ad decimas, libro. 6. aut contra agentem non
obstat iuris dispositio, seu talis inhabilitas, licet de dominio
constet cõtra ipsum, & tunc aut is qui opponit, est is pro quo
non liquet de dominio, & petens restituitur, ita no. glo. ff. de
dosi excep. ex dolo. pro hoc dicta l. bona. fides, alleg. in gl. ver.
quod si ego. sic potest intelligi hic, quod prædo restituitur:
scilicet contra nõ dominum. fallit in casu quo exuberet offi-
cium iudicis, ita, quod etiam nemine opponente possit quære-
re de titul. sicut cum agitur de beneficio ecclesiastico, de offi.
ordi. lib. 6. regula. t. eo. lib. quo casu excludetur, sic loquitur
de filijs præsbyterorum constitutus, & hoc ne teneat cum
peccato, vt ibi declaratur: aut liquet de titulo pro eo qui se
opponit, & eo casu aut violentia non est commissa per domi-
num, sed per tertium, sicut in casu. l. bona fides, & excluditur
agens. vnde si predo deposuit rem furtiuam, & agit contra
depositarium: si dominus concurrit, & eam repetit præfere-
tur, vt ibi. tamen ibi loquitur in actione deposit., & sic loqui-
tur etiam. ff. deposit. l. 1. § si predo. quasi videatur in ea locus,
argumen. tamen illorum iurium. idem dicit si agitur inter-
dicto vnde vi. quod præferetur dominus: aut violentia dici-
tur commissa per dominum: & tunc non excluditur agens
quin feratur sententia pro ipso, quæ saltem valebit quo ad
fructus medij temporis, supra titu. 1. cum ecclesia. licet in ef-
fectu quo ad executionem respectu futuri petitorium absor-
beat possessorium: et ibi, & eod. titu. cum dilectus, & quo ad
hoc procedit quod dicit Innoc. in cap cum dilectus, cum di-
4 cit, de spoliatione facta † post sententiam latam in petitorio
agi posse. pro hoc, quia non licuit domino propria authori-
tate spoliare, etiam si notorie liqueat de iure suo. de diuor.
porro, quod cap. licet videatur contradicere cap. significasti.
quando notorium est adulterium, ut infra dico, tollitur au-
tem similiter illa contrarietas per id quod dico in dicto cap.
porro. per hoc non tollitur quin cõtra dominum dicentem
sibi ius, possit competere condictio l. si quis in tantam, sed ex
quo non est actum ex illa, procedit quod prædixi, quod peti-
torium in executione præfertur possessorio, & hoc si do-
minus instat ad hoc: alias iudex hoc tanquam de commodo
priuati non suppleret ex officio, & pro eo quod dixi de l. si
quis in tantam, est quod no. supra, titu. t. pastoralis, in gl. sed
nunquid. Item prædicta non procedunt in adultera notoria,
5 † quam maritus potest a se propria authoritate eijcere, sub-
trahendo sibi debitum: vt no. glo. de adul. c. fin. vbi dico. hoc
enim casu ex toto etiam ab initio excluditur mulier petens
restitui. sic loquitur d. c. significasti. quia non fecit contra ius
eam reijciendo.

ADDITIO.

a Quod rigor. Adde Hosti. & Anto. de Bu. in c. dilecti. de iudi. Cy. in l. 1. in fi.
C. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Petenti restitutionem non obstat exceptio criminis.*
2 *Agens quando dicatur excipere.*
3 *Actionis priuilegiata uis.*
4 *Interdicta, uti possidetis. & quod ui aut clam, differunt.*

1 ITem cum quis. † Petenti restitutio-
nem non obstat exce-
ptio criminis, vel ad idem sic. agenti interdicto
vnde ui aut clam, non obstat exceptio criminis,
quæstio, & solutio ibi, non occurrat. Nota ibi, obijcit. & ibi
2 agere, quod agens dicitur obiicere: idest excipere, quando
actio est præiudicialis, & de præiudicialibus, de ordi. cog. tuã.
3 Nota ex hoc, quod † actio priuilegiata, vt excludat aliam
actionem: excludit etiam exceptionem de eodem facto. hic
enim dicit quod non admittitur excipiens de crimine: quod
probat quia non auditur accusans de crimine ad excludendũ pe-
tentem se restitui. Nota, quod non est amicus noster &c. vt li-
te non contest. accedens, el a. In glo. 1. ibi duobus casibus, sed
in istis aduersarius non dicitur clam possidere: sed violenter,
ibi, nulla exceptio. Fallit in quatuor, primo, si excipitur quod
fuit ædificatum de consensu possidentis, ff. quod ui aut
clam. l. prohiberi. § sed si permiserint. secundo, si ædificatum
erat sublatum, eod. titu. alius, § bellissime. Tertio, si ædificans
fecit causa arcendi incendium, Quarto, si annus erat elapsus:
vt in § bellissime. & l. semper. § hoc interdictum, & diffe-
4 runt † vti possidetis, & quod ui aut clam. quia in primo o-
portet agentem probare de possessione, de probat. licet, ff. vti
possi. l. 1. in secundo sufficit quod pero demolirt clam ædifi-
catum intra territorium ad me pertinens, ff. quod ui aut clã.
l. 1. § 1. & quod ibi nota.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus restituitur a iudice etiam sine iuris ordine.*
2 *Verbum. spoliare, quomodo sonet in uitium.*
3 *Iudex spolians aliquem sine causa tenetur ad fructus sicut priuatus
spolians.*
4 *Episcopus dicitur pater clericorum sibi subditorum.*
5 *Reus quo casu impetret rescriptum super actione mouenda per acto-
rem.*

1 COnquærente. † Restituitur spoliatus etiã
a iudice sine iuris ordine.
Primo ponitur querela secundo promissio. ibi, quia
vero. Tertio commissio ibi, restitutionem. Nota ibi,
2 spolianti, quod † hoc verbum sonat in vitium, etiam si fiat
a iudice, & hoc eum sit sine iudicio: vt hic, vel secus de re-
nun. quod in dubiis, de æta. & quali. cum bonæ. de pac. cũ cle-
3 rici. † Nota quod si iudex spoliat aliquem sine causa, tenetur
ad fructus sicut priuatus, & est casus notabilis, & quotidie al-
legatus: facit de officio delega. cum cauta, vbi etiam de hoc.
4 † Nota ibi, paterna, quod episcopus est pater subditorum,
præcipue clericorum, & dicitur pater spiritualis. Nota, quod
fortius

fortius offendit, qui defendere tenetur. ibi, teneas, de natis ex
libe. ven. cap. vno. Nota quod spoliator tenetur ad fructus J.
5 cap. grauis. Nota † casum in quo reus impetrat rescriptum
& iudices super actione mouenda per actorem, vt hic in fin.
quod forte alibi non reperitur. In glos. vltima. ibi, pro senten-
tia, sed hic non intercesserat sententia seu ordo iudiciarius,
vt in litera, ibi, sine iudicio, & in fine. Oppono extra glos. in
eo, quod hic vt s̄. dixi, datur iudex actori ad instantiam rei.
debuit enim non audiri pro alio ad impetrandum sine man-
dato. de rescript. nonnull. solut. hæc fuit quædam prouisio
propter dubium, quod poterat surgere: quia forte archiepi-
scopus dixisset, quod iuste spoliauerat, & ordine seruato, ideo
mandatur, si est ita scilicet, quod spoliauerit ordine non ser-
uato, quod restituat: si autem super hoc emergeret quæstio,
an fuisset seruatus ordo, poterit cognoscere delegatus, vt vult
hæc gloss. & sic iste dicitur datus iudex etiam pro ipso reo.
quod autem exprimatur in litera, quod coram isto poterit ar
chiepiscopus proponere &c. non fuit oportunum exprime-
re. nam alias actor hoc potuisset. de mu. peti, cap. primo.

S V M M A R I V M.

1 *Coniugis restitutionem petenti quomodo succurratur.*
2 *Odium capitale vbi consideratur, non sufficit probare de odio sim-
pliciter.*
3 *Homo liber non possidetur.*
4 *Coniugem sibi restitui petens quando non audiatur.*

1 EX tranmissa. † Petens restitutionem
coniugis, restituitur pro-
bato coniugio consummato, & præstita, si de co
dubitabitur, idonea cautione de impunitate mu
lieris, nisi nimia sit viri sæuitia: quia tunc non re-
stituitur, sed sequestratur. Primo prouidet de modo seruan-
do quando potest fieri restitutio. Secundo quando non po-
2 test, ibi, si autem. Nota ibi, capitali, ꝙ † non sufficit quodlibet
odium: sed oportet ꝙ sit capitale ad hoc, vt excludatur vir pe-
tens restitui vxorem, & hæc signa, quia vidi quendam suc-
cumbere, qui capitulauerat de odio, & probauerat: sed non
de capitali odio. quod autem dicatur capitale, no. glo. ff. de ar-
bi. licet. de accusa. cum oporteat. In glo. 1. ibi, de præsenti. con-
tra: quia sic potest probare coniugium non plene. pro hoc
quod dixi sup. glo. proxim. Oppono ad hoc, quia nisi vere p-
betur coniugium, non potest constare de possessione, cum
3 non possit haberi sine coniugio, † quia liber homo non pos-
sidetur: vt J. in glo pro hoc quod no. de ser. non ord. c. 2. solu.
sufficit, ꝙ doceatur de coniugio præsumptiue: ita ꝙ iustificet
possessio, & talis præsumptio facit, quod dicitur sufficienter
constare de coniugio quo ad hoc: sed si postea principaliter
agetur de coniugio, oportebit plene probare. Ibi, etiam serui-
tutibus, non est bonū simile, quia in seruitute de qua sequitur
in glo. est alia ratio, tamen potest tolerari similitudo in hoc,
quod etiam si agatur possessorio pro tali seruitute, oportet
docere de titulo, quod intellige, vt dixi s̄. titu. 1. cum ecclesia,
4 super glo. ex hoc. ibi, sine iure. Nota glo. ex qua † habes vnum
casum in quo petens restitui non auditur, scilicet quando pe
tit restitui coniugem, & non docet de titulo, & ratio colligi-
tur ex glo. quia isti obstat inhabilitas ad possessionem: quia li
ber homo non potest possideri nisi ex aliquo titulo, puta cō-
iugio. pro hoc qđ dixi s̄. in literis, sunt & alij casus in quibus
negatur restitutio, qui notantur in qō. prima. in summa. in
Specu. de petito. & possess. §. fin:

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia duplici iure possideri potest.*
2 *Diœcesanus ecclesiam loco religioso donare potest.*
3 *Pensio ecclesiæ imponi de nouo quando possit.*
4 *Mercedis perceptio quo casu probet possessionem.*

CVm venisset. Qui possidet ecclesiam
per alium iure proprie-
tatis, libere ingreditur possessionem illo mor-
tuo, etiam sine autoritate diœcesani, & si ob hoc
a diœcesano spoliatus est, dēt restitui. Primo, fa-
ctum decisum, & querela. Secundo, pulsio, ibi: rñdemus. Ter
tio, tō, ibi: cum sicut, & J. deciditur, ꝙ mortuo illo G. intra-
uerunt possessionem sine licentia diœcesani a quo fuerunt
1 spoliati: vt in glo. vltim. † Nota, quod ecclesia potest possid-
ri duplici iure scilicet iure tituli, vt possidebat G. Item iure
2 proprietatis, vt possidebant canonici. Nota, quod diœcesanus
potest donare ecclesiam loco religioso seu collegio: quia nō
dicit conuentu. pro hoc quod no. de electio. ne pro defectu.
Not. de possessione quæ acquiritur. & tenetur per constitu-
tum: idest per alium qui cōstituit se possidere nomine illius:
si enim canonici hic possidebant per istum G. tanquam per
constitutum: quia recognoscebat ecclesiam a canonicis tan-
quam proprietarijs, & pensionem soluebat. No. illud, is possi
det &c. In glo. 1. ibi: collegio, quia non confertur collegio iu
re tituli, quo casu loquuntur iura de quibus in prin. glo. sed
iure proprietatis, quod esse potest, etiam altero remanente
instituto, dicto. c. consultationē, & hoc casu non requiritur,
ꝙ quando fit donatio iure proprietatis vocetur institutus, de
rebus ecclesi. non alienan. clemen. si vna, quia non agitur de
eius præiudicio, vt hic, & ibi. Et in fine. Oppo. extra gloss. ibi,
concessisset, & ibi, confirmasset, videtur enim inculcatio, ꝙ
idem concesserit, & confirmauerit. sol. hoc tollitur per lite-
ram, quæ dicit, ꝙ confirmauit per rescriptum. idest, quod id
quod primo dederat verbo, per scripturam postea factam con
firmauit, & roborauit seu firmius reddidit. In gloss. 2. ibi: per
3 hoc, idest per pensionem, contra, quia † pensio non potest de
nouo imponi ecclesiæ. de censi. prohibemus, solu. immo po-
test ex causa, ut ibi. Item, non dicitur hic, quod fuerit de no-
uo imposita, & potest intelligi, quod erat antiqua, & solueba
tur archiepiscopo. ibi, traditæ possessionis, contra de fide in-
stru. inter, vbi pensio non probat possessionem, potest enim
esse, quod apparet alium possidere. ff. qui. modis vsusfru. amit.
l. pomponius, in prin. vbi tex. notabilis, vnde in præiudicium
4 possidentis † perceptio mercedis possessionem non probat,
secus si non apparet alium possidere: tunc enim ex hoc pro-
batur possessio quo ad percipiendum ff. de acquiren. posses. §
vniuersas, §. quod per colonum. vbi glo. singularis. & hoc tal
tem in præiudicium soluentis, de religio. domi. cum dilectus,
vbi glo. & sic in casu isto, cum canonici perciperent pensio-
nem de consensu archiepiscopi, ex hoc erat probata possessio
quantum ad soluentem dum vixit. Item quantum ad archie
piscopum qui consensit, immo donauit.

S V M M A R I V M.

1 *Agens possessorio super matrimonio, petitorium deduci t.*
2 *Delegatus super petitorio cognoscit de possessorio.*
3 *Rescriptum impetratum ab actore est commune reo.*
4 *Appellatur a iudice si negligit facere iustitiam.*
7 *Quis in iudicio esse potest partim per se, partim per procuratorem.*
6 *Spoliatio, in modum actionis proposita, debet prius terminari.*
7 *Agens de crimine contra spoliatum non auditur.*
8 *Possessorium circa eandem rem quare sit præiudiciale.*
9 *Violenti odium maius quale sit,*
10 *Rescriptum ab vno impetratum quando incipiat esse commune al-
teri.*
11 *Iurisdictio competens ex rescripto quando incipiat.*

EX conquæstione. Reputatur diffici-
le, & variè legitur,
sed secundum verum intellectum, h. d. si intenta
to petitorio super matrimonio carnali, super ea
dem re agit reus possessorio recuperandæ. post expeditur pos
sessorium, & est casus singularis hic, idem in matrimonio spi
rituali. de cau. pos. clemen. vna. primo ponitur querela. secun
1 do prouisio. ibi: ideoq; † No. ꝙ agens possessorio super matri
monio, deducit etiam petitorium. nam hæc mulier etiam di
cebat de matrimonio contracto. ad idem, s̄. ca. ex transmissa.
a No. ibi, remoto &c. de clausula appellatione remota a de hac
2 de appella vt debitis Not. quod delegatus super petitorio co
gnoscit de possessorio, vult enim hic, qđ delegati ad instantiā
mulieris super petitorio debuerunt audire mulierem petentē
restitui de hoc dic vt sup. titul. 1. pastoralis, in gl. 2 de seque-
3 stra. ca. 1. Nota. ex hoc, quod rescriptum † ab vno impetra-
tum efficitur commune: ita quod ēt reus potest vti. de mutu.
4 peti. c. 1. & 2. de hoc J. No. ibi negata, qđ appellatur † a iudice
si negligit facere iustitiam. pro hoc in Aut. ut differentes iudi-
ces, per totum, no. Bar. ff. de dāno infect. quāuis, posset tamen
hoc intelligi, quod negauerunt, non solū negligendo, sed im
5 mo expresse reiciēdo No. quod potest qs partim p se partim
per procuratorem in eadem causa esse in iudicio, qđ dic ut
de procuratoribus, si quem. lib. 6. & no. ibi, restitui faciatis, &
ibi, postmodum &c. casum singularem in quo possessorium
deductum a reo habet vim præiudicialis, ita quod prius ter-
minatur, quod dic ut inf. not. de clausula, fine canonico, &c.
de hoc in glos. In glosa, ibi, super eadem re, sicut erat hic.
quia respectu eiusdem matrimonij intentabatur petitorium
& pos-

A D D I T I O.

a De Clausula appellatione remota. Adde Bal. in l. 2. C. de app. non reci. Ang
in l. fin C. de ten. & interlo om. in L. ap. allegatione 121. in vlt. col.

& possessorium. de hoc plenius dic vt J. super eadem glo. ibi,
durante eodem iudicio, hoc intellige cum distinctione, an
reconueniat, an mutuo petat: quia primo casu ante litem cō-
testatam, vel in ipsa contestatione, & tunc vna sententiam ter-
minatur. Secundo casu auditur etiam post contestationē vs-
que ad conclusionem, sed habet locum regula, qui prior &c.
de ordi. cog. c. 2. vbi dixi, & de mu. peti. c. 1. hæc tamen fallunt
in casu huius c. quod dic vt J. super eadem gloss. Ibi, qui hoc
omisit, videtur sentire, ꝙ hæc mulier non debuisset audiri,
sed glos. debet intelligi in alijs causis quam in causa matri-
6 moniali. verum est quod proxime præcedit, ꝙ † spoliatio in
modum actionis proposita, debet prius terminari. glo. tamen
in hoc non persistit: sed aliter dicit vt sequitur ibi, sed hic
ideo. Et in fine vult dicere, ꝙ in c. pastoralis, vnus & idem in-
tentauit petitorium, & possessorium, & expeditur possesso-
rium, scilicet primo petitorium, & eo suspenso transiuit ad
possessorium. hic autem vnus petitorium, & alter possesso-
rium, & expeditur possessorium suspēso petitorio aduersarij,
sed tunc obstant iura allegata s. in glo. ad prin. ibi, sed videtur.
Ad quem colligitur vna sol. vsq; ibi, sed hic Ioan. alia ibi, sed
hic ideo; scilicet, ꝙ iura quæ dicūt, ꝙ de spoliatione debet op-
poni ante litem contest, procedunt nisi excipiens fuerit dili-
gens: ita, ꝙ per eum non steterit. secus si diligens, vt quia in-
stitit ante litem contesta. & postea appellauit. hoc tamen nō
procedit; quia permittendo litem contestari, intelligitur re-
nunciare exceptioni, de iudi. inter. vnde oportet hic intelligi,
ꝙ non per exceptionem, sed agendo deducebatur spoliatio.
quod etiam est consonum literæ, ibi, restitui postulabat, sed
tunc obstant alia iura quę allegat glo. ibi, sed videtur: quia nō
debuisset prius expediri possessorium, sed debuissent vna sen-
tentia terminari petitorium, & possessorium, si deducebatur
possessorium reconueniendo, si vero deducebantur mutuo
petendo fuit locus regulæ qui prior appellat. de regu. iur. lib.
6. solu colligi potest ex eo quod dicit glo. ibi; & ibi casus hu-
ius decretalis, vt dicatur hic speciale ꝙ super eadem re dedu-
citur petitorium, & possessorium, & hęc vera vt J. subiciam,
legitur autem, & aliter secundum Hostien. quod mulier ex-
cipiens de spoliatione egit, hæc diminat, quia non apparet, ꝙ
exceperit, vel secundum eum prædiscutitur possessorium: quia
vir erat suspectus in hoc ꝙ eiecerat vxorem, quod nihil est,
pro hoc tamen inducit Hostien. s. c. item cum quis, sed ibi lo-
7 quitur in criminali. † quia non auditur agens de crimine cō-
tra spoliatum, quod intellige vt J. cap. r. lib. 6. vel secundum
Hostien. restituitur mulier ante omnia. quæ solutio erat noto-
ria, quod non procedit: quia, si fuisset notoria, non mandasset
Papa si ita est. vera ergo lectura est, ꝙ hic deducitur spoliatio
agendo: nec refert an reconueniendo, an mutuo petendo, &
prædiscutitur possessorium, quia est præiudiciale petitorio,
cum circa eandem rem sit vtrunque, dest respectu eiusdem
coniugij. hunc intellectum sentit gl. 2. q. 2. ca. 1. & ibi per Ar-
chidia. & glo. de ordi. cog. c. ii. & hoc in matrimonio carnali,
& idem in spirituali: vt probatur de causa pos. clem. vna. & sic
summaui. Quæro circa hoc, quæ sit ratio prædictorum, quod
8 † possessorium circa eandem rem sit præiudiciale modo pre-
dicto, scribentes non dicunt, potest dici, ꝙ quia petitorium
trahit ad se possessorium, s. titu. 1. cum ecclesia & c. cum dile
ctus, debuit hoc induci, vt possessorium circa idem expedia-
tur vt habeat aliquem effectum dum discutitur petitorium,
nam si simul terminarentur, sententia esset sine effectu, & si
dicatur, quod immo cum effectu, propter fructus medij tem
poris: vt in c. cum ecclesia, vbi cassatur electio. 2. & J. vt ibi. dic
quod in matrimonio non possent æstimari isti fructus. item
quia posset dici, quod hoc cessat in causa beneficiali, in qua
poterit iste lucrari fructus præteritos: ideo dic, quod est alia
9 melior ratio. nam videtur † maius odium violenti, cum agit
petitorio circa illam rem in qua commisit violentiam, quā
si circa aliam, & siue istæ rationes subsint, siue aliæ, siue nullę,
sufficit ita scriptum esse. 6. q. 3. scriptum, & dicit Ioan. And.
quod raro, vel nunquam hoc practicabitur, nisi in causa ma-
trimoniali, quando petitur pronunciari. non tamen matri-
monium carnale, uel spirituale: alias enim conuentus petito-
rio, cum præsupponatur possidere. de iud. examinata. de exce.
c. penul. nō potest intentare possessorium, cum possideat. dic,
quod bene potest dari casus in quo conuentus petitorio agit
possessorio: vt quia fuit spoliatus lite pendente: sed tamen so
lum in causa matrimoniali locum habet quod dicitur hic, &
in dicta cle. vna. quod possit intentās possessorium suspende
re petitorium aduersarij, cum enim hoc sit contra regulam
reconuentionis, vel mutuæ petitionis prædictas, non debet
extendi. Ad exemplificandum autem dictam clem. subiicit
quod prædixi quando pendente iudicio petitorio actor spo-
liat reum. Aliud exemplum ponit Ioan. And. in Spec. de pe-
ti. & pos. §. ii. de quo hic scribo plenius in gl. ugna gl. in prin.
de illa clausula, hinc canonico. Et in fine quæro, quia dixi in
10 notabilibus, quod † rescriptum est commune, quando inci
piat esse commune. Inno. ponit duas opinions, vna quod a
die datæ: ita, quod potest reus cogere actorem ad exhibendū
rescriptum, ff. ad exiben. l. 3. §. 1. & 2. Alia opinio, quod a die
præsentationis: quia tunc incipit iurisdictio. de app. super
eo, & cap. ut debitus, & hanc secundam tenet Hosti. quando
rescriptum concernit causam priuatam, secus si publicam:
tunc enim procedit prima opi. de accusa. cum oporteat, vbi
sublato eo qui prosequitur inquisitionem iudex procedit:
nec attenditur persona impetrantis, & hæc est opinio com-
munis, ratio tamen assignata nō procedit in eo quod dicitur,
11 quod iurisdictio incipit a die præsentationis: quia immo a die
datæ, de rescri. pastoralis, in fi. ibi enim ante expressionem ex
primendorum sub clausula delegatus habet iurisdictionem,
licet non exercitium, ita ergo, & hic a die datæ habet iurisdi-
ctionem, non exercitium. sed dic saluando præmissam opi-
nionem, quod ante præsentationem non habet iurisdictionē
cum effectu: ideo rescriptum non est commune. immo pos-
set impetrans lacerare, & non vti, sed post vsum efficitur cō-
mune. argu. de fi. instru. §. perpetuus, sic dicimus libellum cō
munem: quia conuentus rei vendicatione potest assumere
onus probandi dominium: & si probabit, absoluetur. non
solum absoluetur, sed etiam pro eo pronunciabitur super
dominio. ff. de proba. circa. In hoc tamen instant scribentes:
sed hoc est verius.

SVMMARIVM.

1 *Detentor violentus ad qua teneatur.*
2 *Possessor in bona fides iudicijs, quomodo teneatur ad fructus, & ad quos, & nu. 3.*
4 *Legatæ rei dominium transit recta uia ad legatarium a die adita hæreditatis.*
5 *Creditor tenetur computare in sortem fructus etiam percipiendos.*

1 GRauis. † Violentus detentor cum fructibus
etiam qui percipi potuissent, restitue
re: damna resarcire: & de iniurijs satisfacere com
pellitur. Primo ponitur querela decisa. secundo
mandatum, ibi, mandamus. Tertio iudicum instructio, ibi:
prouisuri. In glo. no. ibi, certum. Quidam, vt refert Cyn. in il-
2 la l. dicunt, quod in † bonæfidei iudicijs possessor tenetur ad
fructus consumptos quatenus factus est locupletior, quod ꝓ
cedit in fructibus naturalibus, quos quis non facit suos, vt se-
quitur in gl. secus de industrialibus, quos bonæfidei possessor
facit suos, vt in glo. pro hoc quod nota. glo. institu. de rerum
diui. §. si quis a non domino. institu. de offic. iudi. §. 1. lucratur
enim possessor bonæfidei fructus industriales consumptos
pro cultura, & cura. dic, quod aliud in extātibus, quia, vt dici
tur in l. certum, talis bonæfidei possessor non facit suos cum
effectu, quia tenetur eos restituere, vt in eadem l. per quam
posset argui fructus sumpto argumento ab illo titulo de rei
vendi. vbi est illa l. vt sic dicatur, quod licet bonæfidei posses-
sor faciat suos, tamen commutabiliter: quia post lit. contest.
desinunt esse sui. hoc tamen nemo tenet, sed nec tangit, &
communiter dicitur, quod petuntur officio iudicis, quod te-
net glo. ff. de rei vend. ex diuerso, in prin. & probatur insti. de
offic. iudi. §. 1. si dicatur, quod c. ratione debet teneri ad con-
sumptos quatenus est locupletior. argu. ff. si cert. peta. si me.
vbi si de meo peruenit ad te, teneris restituere, quod quidam
videntur sequi: vt no. Cy. in l. certum, dic contra, quia ex quo
bonæfidei possessor consumpsit tempore quo non subiace-
bant restitutioni, nō est verum, quod aliquid de alieno perue
nerit ad ipsum, & si aliud diceretur, frustratoria videretur l.
dispositio, dicens, quod lucratur consumptos, ex quo non
cum effectu. quod nota. quia multi decipiuntur, & scriben-
3 tes non declarant, pro prædictis, quod † nō teneatur ad con-
sumptos, etiam si sit locupletior, est glo. in dicta l. ex diuerso
in prin. ibi ad eum peruenisse, contra, quod immo teneatur
etiam de percipiendis per dictam l. certum ad idem eo. titu. l.
dominum, ff. de legat. 1. apud Iul. §. 1. de rei vend. si nauis, in fin.
vbi hoc tenet glo. si possidet sine titulo, idem no. 12. q. 2. non
liceat. de offi. dele. cum causa. in fi. & in Spe. de fruct. & inter-
esse §. 1. fallit in quatuor casibus quos notat gl. ff. quod met.
causa, sed & partus & l. si fundum, in gl. C. de rei vend. in qui-
bus etiam si possidebat cum titulo, tenetur de percipiendis,
sed per Cy. in d. l. certum, dicunt, quod titulus no excusat ma
læfidei possessorem a percipiēdis, per dictam l. certum, & iura
prox. alleg. quæ indistincte loquuntur, communiter tamen in
telliguntur quando possidet sine titulo, & hoc præterquā ad
dicta L. apud Iul. §. 1. vbi gl. non facit præmissam distinctionē,
an cum

an cum titulo &c. secundum Dy. & Ray. ibi debet fieri. nā ibi
4 loquitur de fructibus rei legatæ, cuius † dominium trāsit ad
legatariom recta via ab adita hæreditate, ff de fur. a titio. ideo
habens qui retinuit tenetur etiam ad percipiendos, quia pos-
det sine titulo, sed hæc uidetur diuinario ibi. vnde potest te-
5 neri opini. Pe. & Cy. pro qua est, quia creditor tenetur in sor-
tem computare fructus etiam percipiendos, de pigno. eum
contra. & dic, vt ibi dico, & hoc uidetur uerius. Alia tamen
opinio communior, quam tenendo responde ad c. cum con
tra. ut ibi dico. Ibi, de uluris fruct. de materia glo. die plene in
Spec. præalle. ubi plenius distinguitur.

SVMMARIVM.

1 *Libellus cōtra ecclesiā concipitur nomine ecclesia non prælati.*
2 *Circunstantia vna quando sufficiat in expressione loci vel rei.*
3 *Conditio in spiritualibus apponitur.*
4 *Dominium per retentionem pensionis non probatur.*
5 *Expulsus a possessione potest recuperare repellendo vim vi.*
6 *Prælatus etiam sine capitulo agit pro ecclesia, & defendit.*
7 *Vocabula impropria ad uitandam contrarietatem.*
8 *Obedientia non promissa episcopo quando obliget quo ad successores.*
9 *Prior humiliatorum non potest promittere obedientiam pro se & fratribus, & quare.*
10 *Sacræ rei nemo est dominus.*
11 *Dominium quid sit.*
12 *Possessio quid sit.*
13 *Seruus potest tenere rem, non tamen possidere.*
14 *Possessio quotuplex est.*
15 *Carent es ratione & usu possidere non possunt.*
16 *Detentatio quid sit. & quomodo distignatur a possessione.*
17 *Possessio ciuilis, & naturalis quid sit.*
18 *Possessionem ingressus absente domino, non facit fructus suos.*
19 *Res mobilis per occupationem statim perditur a possidente.*
20 *§. qui ad nundinas, l. clam. possidere. de acqui. poss. declaratur.*
21 *Colonus si expellitur, quare dominus perdat etiam ciuilem quam tenebat per se.*
22 *Colonus tradendo quando non priuet dominum possessione.*
23 *Colono expulso quando domino competat imedictum unde ui.*
24 *Vim ui repellere quando liceat.*
25 *Debitorem fugientem capere liceat authoritate propria.*
26 *Represalias indicere ei licet qui potest mouere bellum iustum.*
27 *Bellum iustum quis regulariter moueat.*

OLim causam. Ei qui non possidet resti-
tutio denegatur, primo
ponitur commissio, secundo diffinitio, ibi, intelli
gentes, & ꝉ dicitur, ꝙ concluso in causa remise-
rit negociū ad papam. Nota, quod episcopus, & capitulum si-
mul conuenitur, ut in littera cōiuncta superscriptione, quod
1 intellige ut no. de rescrip. c. edoceri. No. ibi, † nomine terdo-
nensis ecclesiæ, quod libellus contra ecclesiam concipitur
nomine ecclesiæ, non prælati, de hoc de dilatio. c. 3. Nota ibi,
a magistrum, & fratres militiæ quod sufficit in libello a ex pri
mere nomen appellatiuum, de hoc de ordin. cogni. c. 2. Not.
2 ibi, domo caluentiæ, quod sufficit una † circunstantia in ex-
pressione loci seu rei. quod procedit qñ per illam sufficienter
certificamur de re. ita dicit glo. de hoc nomine gallopressus.
C. qui testa. fa. pos. l. hae consultissima. Idem de nomine quin
tauallis. de iureiurā. quintauallis, cum simi. de hoc per Barto
3 lum, ff. de condi. & demon. demonstratio. † No. quod in spiri
4 tualibus apponitur conditio. de hoc in glo. † No. quod per re
tentionem pensionis non probatur dominium, unde episco-
pus ultra retentionem pensionis etiam retinuit dominium,
pro hoc de re iudi. cum Bertoldus, de iure patr. præterea. No.
quod retinetur possessio per constitutū, sicut hic episcopus
per fratres, s̄. eo. cum uenissent. No. quod licet cōstitutus tra-
dat possessionem, non ex hoc constitutus perdit, & hoc si tra
dit sub conditione. ut hic. ergo a contrario. secus simpliciter.
de hoc s̄. No. quomodo appareat quando constitutus tradi-
dit alteri possessionem an non, ibi non inscius, & est tex. sin-
5 gularis ad id quod ꝉ. dico. † No. quod expulsus a possessione
potest recuperare repellendo uim ui. & ad hoc quotidie alle
gatur. No. in uer. procuratore. de forma sententiæ ferendæ in
procuratore. de hoc de electio. quærelam. no. in uer. cernen-
tes, ut in glo. ulti. In glo. 1. in fin. Oppo. extra glo. quod solus
6 episcopus debuerit conueniri, quia † prælatus etiam sine ca-
pitulo agit, & defendit pro ecclesia. de rescrip. edoceri. sol. qñ-
que prælatus experitur cū capitulo: quandoq; sine. quod dic
ut ibi. Oppo. quod magister militiæ non debuerit agere, sed
prælatus immediatus istius domi. de iudic. cum deputati. So.
contrarium procedit, cum agitur de iuribus particularibus
loci: secus si de statu seu subiectione: tunc enim experitur su
perior qui prætendit sibi subesse. de hoc hic prosequitur In-
no. & inter cætera dicit, quod licet superior possit experiri p
membris: tamen mortuo prælato immediate dicitur eccle-
sia uacare, dato quod ipse superior possit agere quod est sin-
gulare, pro hoc quod no. de elect. quia propter. in prin. In glo.
7 2. ibi, forma. no. glo. ꝙ uocabula impropriantur ad euitandā
contrarietatem, & in fine. Item secundum Innoc. episcopus
non opposuit conditionem rei spirituali, sed traditioni pos-
sessionis. Item, etiam si apposita fuisset in contractu, non ui-
tiaret, quia non est conditio symoniaca, sed meritoria, ut fiat
oratorium &c. Ex quo nihil applicatur episcopo, sicut licet
tradere aurum, ut fiat calix. & postquam est factus, in nullius
bonis est, insti. de rerum diui. §. nullius. de seruis non ordi. c.
2. sic dantur temporalia pro septimo & tricesimo. de testa. §.
si. facit de condi. app. c. 1. In glo. 3. in fin. Opp. in eo, quod isti
debebant promittere obediētiam episcopo & successoribus:
8 nam † ex quo promissa est episcopo, obligat etiam quo ad
successores. de iureiuran. ueritatis. solu. stanit contratio si pro
mittitur episcopo sub nomine dignitatis, & dic ut ibi, nec
hic dicit contrarium: obseruatur tamen, quod renouatur iu
ramentum in persona successoris, ad cautelam. Opp. quod
9 prior † humiliatorum non possit promittere obedientiam
pro se & fratribus. quia quis non iurat pro alio sine mandato
speciali. de iura. calum. c. si lib. 6 sol. sufficit ꝙ illi sciant, & nō
contradicant. C. de iurament. calum. l. 2. §. si autem dignitas,
& seq. & §. hoc etiam, nam cum intersit eorum, debent appel
lare si uolunt contradicere. de maio. & obedien. dilecti. Op-
po. in eo, ꝙ episcopus retinuit dominium loci: quia rei sacræ
10 nemo † dominus. insti. de rerum diui. §. nullius. sol. retinuit
quoad protectionem, vel quousque locus fiat sacer, vel etiā
postea quo ad ea de quibus hic. sicut etiam habet episcopus
episcopalia in ecclesiis. de offic. or di. conquerente. 10. q. 1. per
totum. In glos. 4. ibi contra humiliatos. Opp. ꝙ nihil potue-
runt tradere, cum tanquam religiosi nihil habeāt. 12. q. 1. no
lo: & c. non dicatis. Inno. stat contrario si humiliati renuntia
uerunt propriis, quasi velit, ꝙ poterant renunciasse, quod ꝓ-
cedit ab initio ordinis, quando non profitebātur religionem.
hodie secus, vel secundum Inno. si sint professi, potuerūt sin
gulariter se transferre ad religionem arctiorem, de reg. licet.
sed hoc non est ad propositum: nec agitur de hoc hic: sed dic
vt sup. quod met. causa, cum dilectus, & dic, ꝙ hic solum quæ
ritur, an potuerint, vel noluerint tradere possessionem, & vi-
detur hic, ꝙ potuissent si voluissent. gl. tamē dicit, ꝙ non præ-
iudicat hoc episcopo, quod dic vt in glo. seq. In glo. qua non
existente. hæc glo. videtur sentire, ꝙ ideo non fuit tradita pos
sessio: quia non existit conditio. & sic sentit secus si simplici-
ter tradidissent, cuius ɔ̄trium dr̄ in glo. præcedenti, ꝙ præiudi
cassent sibi, non epō, quod dic vt in gl. seq. & super ea. In gl. vt
scias, ibi, adhuc retineo possessionē, hoc simpliciter nō est ve-
rum: sed cum distinctione, de qua ꝉ. Pro cuius intellectu est
sciendum, ꝙ rerum quas habemus, triplex est modus hēndi.
b Primus modus est dominiū b. secundus dr̄ possessio. Tertius
11 detentatio. † Quæro circa hoc, quid est dominium, dic, ꝙ est
ius libere de aliqua re disponēdi per modos iuris non impro
batos. C. mandati, in re mandata, de sepu. de his, & hoc in reb.
corporalibus, incorporalium. n. non est proprie dominium.
ff. de vsufru. l. 4. in gl. pro hoc quod no. Innoc. s̄. c. in literis, de
actione, ꝙ in ea possessio nō distinguitur a modo. Quotuplex
autem sit dominium, no. s̄. de libel. obla. c. 2. est. n. dominium
proprie, item quasi dominium, quod non est proprie domi-
nium. sed ad eius instar. de hoc de re iud. abbate. li. 6. Item do-
minium proprie subdiuiditur: quia aliud directum: aliud vti-
le, primum habet dominus in re. secundum habet non domi
nus qui hēt ius in re in aliquo simile domino: puta emphiteo
12 ta, si ager vec. l. 1. † Quæro quid est possessio c. solu. multiplex
c diffinitur. ff. de acqui. pos. l. 1. in prin. & ibi gl. & Bart. & Cy. C.
de acqui. pos. licet, mihi placet diffinitio Io. quæ ponitur in d.
l. 1. ꝙ possessio est ius tenendi rem. & hanc tenet Dy. vt dicit
Cy. in l. licet. Opp. ad hoc, quia seruus † potest tenere rem. ff.
de acquiren. poss. ꝙ seruus, non tamen possidere, vt ibi. solut.
licet seruus teneat, non tamen habet ius tenendi, sed nude de
tentat: sicut asinus sellam: vt dicit glossa in l. quod seruus, per
hoc dic, quod licet Bar. in d. l. 1. diffiniat, quod possessio est ius
insistendi rei non prohibitę possideri. tamen non differt hoc
a pręmissa diffinitione, nam quod dicit, insistendi, non differt
a iure tenendi, nisi verbaliter, vnde dicta l. 1. in princip. ponit
hoc pro

ADDITIONES.

a In libello. Adde Fely. in c. cum accessissent. de constitu.
b Quid est dominium. Adde Bar. in l. si quis. in §. differentia. ff. de acquirend. possess. Bal. in l. proprietatis. C. de proba.
c Quid est possessio. Adde doct. in c. conquestus. de foro compet.

hoc pro eodem. Item quod addit Barto. non prohibitæ possideri, non est necessarium: quia si est prohibita possideri, nō acquiritur possession. de præscri. causam. Nos autem præsupponimus possessionem esse, & per præmissam diffinitionem compræhenduntur non tm̄ res corporales, sed incoporales, quæ licet nō proprie possideantur, in quasi possidentur. de foro compe. conquæstus, & hæc quasi possessio in omnibus habet effectum veræ possessionis, pro hoc quod no. Inn. de ele.
14 quærelam. † Quæro quotuplex est possessio. a Io. ꝙ duplex.
a naturalis, & ciuilis. Azo, & Placentinus, ꝙ vna. quod disputat Dy. in regula sine possessione, lib 6. vbi concludit cum Ioan. ꝙ hæc quæstio in iure non est necessaria. Idē iuris est, siue dicamus, ꝙ sit vna possessio in substantia, sed varietur per diuersas qualitates, scilicet, ciuilem, & naturalem: siue dicamus, ꝙ ciuilis, & naturalis sint specifice differentes, ita, ꝙ possessio ciuilis in substantia alia est a naturali, pro hoc facit quod no. de magistris. clemen. i. in gloss. per quam, quæ est singularis: tamen magis videtur iuri consonum, ꝙ sint, duæ species, licet possit dici omnis possessio naturalis, quia in acquirenda, & amittenda possessione requiritur actus naturalis. i. animus, & corpus, & hoc casu naturale accipitur pro eo, quod conuenit tantum animatis anima rationali, & vtentibus ratione, nam
15 † carentes ratione, vt bruta, & vsu rationis, vt furiosus, & dormiens, possidere non possunt. ff. de acquiren. pos. l. 1. §. furiosus similiter omnis possessio potest dici ciuilis: quia iure ciuili approbata, ff. de origi. iur. l. 1. in principio. de acquirend. pos. ꝙ seruus, in glo. in verbo. ciuiliter, hæc ergo vocabula, ciuilis, & naturalis, sunt inuenta causa significandi varios effectus, & dic, ꝙ proprie distinguntur: vt §. quod aliud possessio, & aliud detentio: quia possessio est ius: detentio factum, quod dic, vt
16 in sequentibus. † Quæro quid est detentio, dic quod est ipsa rei custodia. vt cum quis mittitur in possessionem causa custodiæ: vt lite non contesta. quoniam, §. in alijs, & dicimur detentare id quod est sub nostra custodia, etiam si simus absentes: vt tunc detento seu detineo libros qui sunt in meo studio tanquā sub mea custodia, & sub clauibus. Ex hoc, vt dixi, distinguitur detentatio a possessione: quia detentatio, est factum etiam sine iure, vt in exemplo præmisso de misso in possessionem causa custodiæ, qui non possidet, sed detentat, seu custodit; possessio autem est ius, quod variatur per varios effectus, ex quibus colliguntur duæ possessiones, seu duo vocabula possessionis, scilicet ciuilis, & naturalis, de quibus
17 in sequen. † Quæro quid est possessio ciuilis, & quid naturalis, dic, quod ciuilis dicitur ea quæ potest esse apta ad pariendum dominium, quod ab initio fuit in qualibet possessione, cum procedat illud, quodcunque calcauerit pes tuus, tuum efficitur, vnde dicitur in l. 1. ff. de acquiren. possessio. in prin. ꝙ dominium ex naturali possessione cepit, cuius vestigium. i. natura adhuc remanet in rebus liberis, quæ celo, & terra mari ve capiuntur, vt auibus: piscibus, & feris, & quod dicit naturali, concernit quod prædixi omnem possessionem dici naturalem, talis tamen est ciuilis. dicitur ergo ciuilis ea possessio per quam possumus vsucapere, etiam si non semper: vt quia possidet quis mala fide, dicitur tamen ciuilis: & quia potest producere effectus ciuiles respectu dominij acquirendi: vt si cessabit mala fides, pro hoc quod not. Dyn. in regula sine possessione. de regu. iur. libro 6 Barto: in dicta l. 1. naturalis est duplex. quædam quæ potest producere effectum ciuilem respectu alicuius iuris separati a dominio, vt possessio quam habet vsufructuarius, si possidet naturaliter, ff. de acquiren. pos. naturaliter, & per hanc potest præscribere ius vsusfructus C. de præscript. lon. tempo. l. vltima. in fin. Alia est naturalis quæ non potest talem effectum producere: sed habet solum effectum restitutionis, & retentionis, hanc dicit Barto. in dicta l. 1. de acquiren. pos. possessionem corporalem, sed tamen
18 etiam est naturalis, hanc habet qui ingressus † est possessionem me absente, talis enim non facit fructus suos, de hoc per Dyn. in regula sine possessione, de regu. iur. libr. 6. tamen si molestatur a tertio. idest non domino, vel non possidente, habet vti pos. ff. vti possi. l. 1. in fine, & si deijcitur, habet vnde vi. ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. qui vi a me. & §. deijcitur, & l. colonus, de acquiren. possessi. l. clam. possidere, §. qui ad nundinas. per hæc infertur, quod si ingredior rem vacantem, & quæ ad neminem pertinet, acquiro dominium, & possessionem ciuilem, & naturalem, & detentationem. sed hoc intendo, & subest capacitas respectu mei, & respectu rei. Si autem ab alio est detenta, non possum acquirere id quod ille habet, nisi ille perdat: quia duo insolidum eandem rem possidere non possunt, de probatio. licet. Sed acquiro id quod ille non detentat. si ergo est absens, & possidebat per se, acquiro detentationem, & possessionem, quæ dicitur corporalis, vt in §. qui ad nundinas. absens enim non potest per suum corpus conseruare detentationem, vel corporalem possessionem cum tanto effectu, quod non possit per alium acquiri. sed per hoc absens non perdit naturalem, & ciuilem: nec ingressus acquirit nisi ille perdat: & ad illam retinendam sufficit animus. dicto. §. qui ad nundinas. nisi nimis abesset, ita, quod non sit in conspectu rei: tunc enim si habebat ciuilem, & naturalem, eam retinet, dicto. §. sed si quis possidet per alium, vt hic, si ille expellitur possidens principalis priuatur omni possessione quod plenius, J. cum glo. dico, sed cum scit, potest recuperare, vt hic. hæc ꝓsequere, vt ꝑ Azo. in summa. C. de aquirē. pos. per glo. & Barto. in dicta l. 1 de acquiren. posses. & secundum hoc intellige hanc glo. & procedunt prædicta in possessio-
19 ne rerum immobilium, secus † in possessione rei mobilis, de qua dicitur. J. in gl. quod cum quis eam occupat, possidēs statim perdit, quod procedit etiam si possidens ignorat de occupatione, l. si rem mobilem, alleg. in glo. & hoc est, quia realis possessio est vilis, vel abiecta. & sic facile perditur, dicta l. si rem. ibi, vel alij tradat. C. de acquiren. pos. l. si ibi ex facto coloni dominus non priuatur possessione. sol. multipliciter variatur intellectus illius l. communiter tamen concluditur secundum Io. ibi, quod aut colonus expellitur: aut recedit: aut moritur: si expellitur dominus, perdit omnem possessionē, vt hic in tex. & in gl. etiam ciuilem, quam tenet per se: etiam naturalem, quam tenet per colonum: & competit domino interdictum vnde vi, ff. de vi & vi arma. l. 1. §. si deijcitur, & §. quod si seruus, & in hoc vera est hæc glo. in eo, quod distinguit, an quis possideat per se, an per alium: quia cum per se, si ceralius ingrediatur, non acquirit ciuilem quam habet absens: vt in §. qui ad nundinas, sed naturalem sic, quam ille perdidit se absentando ex conspectu. rei, dicitur autem esse in cōspectu, etiam si distet per 10. miliaria, vt no. ff. de acqui. pos. l. 1. & l. 2. & dic quod dicitur in conspectu quādo non tantum distat, quin inde possit res conspici, & discerni. nam etiam nō ingrediendo possessionem possum eam acquirere. vt si venditor de possessione tua mihi ostendit prædium quod vendidit, & quantum in se est possessionem tradidit, dicor acquisiuisse possessionem animo & corpore mediante sensu visus, ff. de acqui. pos. quod meo. §. si venditorem, & hoc quoad possessionem acquisitam a venditore qui tradit possessionē: sed ad acquirendam possessionem vacantē requiritur ingressus, ff. de acqui. pos. l. 3. §. neratius, no. gl. in §. si vēditorē. & so
20 † §. qui ad nundinas, loquitur de eo qui recessit a conspectu rei: quo casu si habet ciuilem, & naturalem, perdit naturalē, & vacat donec alius ingreditur, & retinet ciuilem, & hāc nō acqrit ingressus ignorante absente: sed si absens habebat solā naturalem, recedendo a conspectu rei, eam non perdit, & sic naturalis quæ habetur sola, æquiparatur ciuili quo ad eam re-
21 tinendam, & in eo quod dixi, ꝙ si colonus expellitur, dominus perdit etiam ciuilem quā tenebat per se. ratio est quia colonus in hoc representat personam domini. secus autē si expellitur dominus, & non colonus: quia tunc dominus non priuatur possessione. ff de vi, & vi arma. l. 1. §. non autem, pōt tñ dominus mortuo colono omnē possessionē alij tradere, dicto, §. ubi casus, cum gl. singulari. Si vero colonus tradit possessione, adhuc dominus ꝑdit, & in hoc vera est gl. ibi expellitur: vel alij tradat. vbi æqparat hæc duo, & hoc nisi colonus ꝑdat. i. intidictirei agat. ut dicta l. fina. quod tamē dic vt in sequenti membro. Si autem colonus recedit: aut si animo perdendi possessionem, dominus perdit naturalem, sed retinet ciuilē. ff. de acquiren. pol. si de eo. §. 1. quod dic per Barto. ff. de acquirē. pol. l. peregre. §. quibus. vt statim infra. sed Pe. vt refert Cy. in dicta l. si. dicit idem quando tradit, sicut quādo perdit propter identitatem rationis, ne propter defectum coloni ꝑiudicetur domino, quia in hoc prouidere voluit illa lex. & hoc placet bar. de saliceto ibi. sed opinio Io. quæ ponitur ibi, in glo. & quam prædixi, vt fiat distinctio an tradat, vel perdat, communior. & eam tenet ibi Iac. Bu. & Ange. de perusio. & tunc, licet factum coloni, quando tradit, præiudicet domino, qa perit possessionē: sibi tamen succurritur vt habeat condictionem ex illa l. si. ad recuperandam possessionem: quia nec potest proprie dici spoliatus, vt competat vnde vi, cum non interuenerit violentia. hæc tamen litera videtur velle quod dicatur intercessisse violentia: & quod potest repelli incontinenti: quia recipiens potuit suspicari dominum possessionis non permissurum. & hoc placet eo casu quo īgressus scit possessionē ad aliū ꝑtinere. vt hic ē tex. singularis: ibi, ad quos ipsā possessionē nouerat ꝑtinere. dic ergo, ꝙ si colonꝰ tradit ei q scit possessionē ad aliu ꝑtinere, dñs nō ꝑdit ciuilē. arg. d. l. fina. ne factū coloni ꝑiudicet domino. & per hanc literam, quę permittit domino repellere vim vi, statim cū hoc scit, ꝙ nō permitteretur si perdidisset omnem possessionem: quia hoc esset dicere sibi ius. contra l. si quis in tantum. nisi hoc faceret

ADDITIO.

a Quotuplex, est possessio. Adde Bal. in c. si quis si de feu. fu. cōtro. in vsi. feudo.

ret statim a die deiectionis, non a die sententiæ. pro hoc facit
22 quod no.glos. 12.q.2.quisquis,dicens ꝙ †colonus tradendo a
a non priuat dominū possessione. quam intellige modo præ-
dicto,quando tradit ei, qui scit de possessione alterius. Sed si
is, cui tradit, nescit possessionem ad alium pertinere, potest
teneri opi. Io. quod dominus perdat omnem possessionē. &
hæc erit notabilis limitatio ad dictam l. fi. & ibi no.& est no-
ua.& ratio diuersitatis potest esse: quia quando ingressus scit
de possessione alterius odiosus est ꝙ factum coloni præiudi-
cet domino, quam quando ille ignorat. Item in casu in quo
colonus recedit animo deferendi quod dixi dominum per-
dere naturalem, verum est si ab alio occupatur: alias non.di-
cto §.q ad nundinas.& l.3.§.si seruus.& l.si de eo.§.1.& l.pere
gre.§.quibus.de acquiren.possessio. Si autem recedit nō ani-
mo deferendi,dominus per eum tenet naturalem: nec inter-
rumpitur vsucapio.ff.de acquirend.possessio.si colonus.& in
dubio præsumitur quod non animo deferendi,quia non præ
sumitur dolus.ff.de probat.quotiens.§.qui dolo.de renun.ca.
2.Si vero colonus moritur,dominus perdit naturalem:sed re
tinet ciuilem,nisi sit negligens in adipiscendo naturalem:sed
si est negligens,perdit etiam ciuilem. dicta l.si de eo. §.1.& in
23 eo quod dixi,si colonus†expellitur,domino competit inter
dictum vnde vi: hoc ꝓcedit,nisi colonus prius interuertisset
possessionem tenendo pro se:quia tunc interdictum vnde vi
competit ipsi colono contra spoliantem.ff.de vi & vi arma.l.
colonus.dominus tamē cum scit de interuersione potest re-
pellere vim vi.vt hic.& prædicta procedunt, quantum ad hāc
literam, si isti tradidissent possessionem sine conditione. sed
quia tradiderunt sub conditione, nullam possessionem tran-
stulerunt. ideo licuit episcopo & capitulo repellere vim vi:
sed etiam si sine conditione tradidissent hoc licuisset, secun-
dum prædicta. In glos. vlti.ibi,inciderunt in sententiam.hoc
procedit si intulerunt violentiam personis. alias secus. & in
hoc quando liceat repellere vim vi,ob. Innocen.& inter cæ-
24 tera dicit,† ꝙ si quis nō potest b habere rem suam, potest au
b ferre æquiualentem authoritate superioris, quod est singula
re,& quotidie allegatur.& dic,ꝙ si non posset superior com-
mode adiri,hoc licebit etiam authoritate propria. id enī fieri
non potest quod commode non potest.de iureiurā. breui.&
in defectum iustitiæ redimus ad ius naturale. vt no.gloss.pri-
c ma dicens ius gen.& in defectum iustitiæ c potest quis ꝓpria
authoritate rem suam auferre ab obtinente, dummodo au-
ferrat taliter quod non surgat inde scandalum. pro hoc,quia
25 licet † capere propria authoritate d debitorem fugientem.
d C.de decurio.l.generali.lib.10.vbi gloss. ff. quæ in frau.credi.
l.ait prætor.§.si debitorem.dixi de iud.cum non ab homine,
& quod fortius est,potest etiam quis auferre rem æquiualen
tem.& hinc surgit, quod dicitur de pignorationibus seu re-
presalijs.de quibus de iniurijs.c.1.lib.6 & per Bar. in tractatu
26 represaliarum.vt dicatur, †ꝙ ei licet indicere represalias,qui
e potest mouere bellum e iustum.& quis possit mouere,prose
quitur Innocentius.& dicit, quod aut mouetur ad defensio-
nem rei, aut personæ. & cuilibet licet in ipso actu nec expe-
dit quod expectet prius percuti: licet aliqui contra. de hoc,
C. vnde vi.l.1. ff. ad l.Aquiliam. scientiam. §.qui cum aliter.
de homici.cle.si furiosus.aut ad defensionem rerum,& licet
etiam non in ipso actu,dummodo incontinenti. vt hic.& di
citur incontinenti arbitrio iudicis.ar.de offi.deleg. de causis.
pro hoc de homici.significasti.& quod ibi no.in gloss.vlti.Si
27 vero ad impugnandum †; regulariter bellū iustum mouet
solus princeps,vel alius qui sit loco principis.arg.qui filij sint
legi.per venerabilem.& hoc quoad effectum vt capti efficiā
f tur serui, & bona efficiantur capientium. f ff. de capti.non du
bito.& l.hostes.& hæc plenius dic,vt hic scribitur.

ADDITIONES.

a Colonus tradendo. Adde l.vlt C de acquiren.possessio.
b Si quis non potest. Adde Innoc.in c.2. de consuetu.
c Et in defectum iustitiæ Adde Abb.in c.1.de iud.in 27.col.Phil.in c.quoniā. in 3.col.de symo.idem Fely.in c præterea.el 3.in vlt col.co.titu.
d Capere propria authoritate. Adde Bar.in l.capite quinto. ff. ad legem Iuliā. de adult.Bal.in auth.immo.C.de act.& oblig.
e Qui potest mouere bellum. Adde 23.q.2 per totum.Innoc.in ca.sicut. de iureiuran.Hostien in summa. tit. de treu & pac.in §.quid sit bellum.per Math.si.in tracta de bello.Ioan.de Lig.in tract. de pugna. Sanctus Thom. 2.2. quæst.40 articu.1.
f Et bona efficiantur capientium Adde glo.23.q 5.ca.dicat. glo.summæ. 23.q. 7 glo & Bart in l.si quid in bello & in l.hostes.& in l si ff. de captu. Hostien. in c.quod super his.de voto.& diffuse per Host.in summa.titulo de poen. in §.quibus ver quid de rapina.& ver.sequen.

SVMMARIVM.

1 *Dominus qui possidet per colonum,si expellitur,non perdit possessionē.*
2 *Sedes apostolica quomodo dicatur non posse dispensare.*
3 *Materfamilias non potest realiter cogi.*
4 *Coniux potest sequestrari in loco tuto, & potest cogi realiter vt cohabitet coniugi.*
5 *Iudex ecclesiasticus pro exe cutione potest inuocare brachium seculare.*
6 *Lex prima.C.de of.diuers.iud.declaratur.*
7 *Cap.1 .de iudic.declaratur.*

Literas tuas. Si contra petētem restitutionem coniugis opponitur cōsanguinitas prohibita,& probationes sunt paratę recepto iuramento de malicia, fiet restitutio,præ
terquam ad thorum:si nō sunt promptæ,fit plena restitutio,
nisi constet de nimia viri sæuitia.Communis diuisio.Secun-
da sane.& ibi , ponit triplicem opinionem. Tertio prosequitē
solutionē ibi , propterea.ibi, ædificat ad gehennam.i. facit se
membrum diaboli, & recedit a Christo, & vt dicitur ibi ha-
bent domos sicut & hic.notabilia sunt in glos.In gl. 3.ibi,sed
contra credo. No.glo.quia singulares.& idem no.gloss. de di-
uor.significasti.& ad id quod dicit gl.in contrarium:quia iste
non possit petere se restitui tanquam non spoliatus,nisi per
se.patet sol.glo.quia etiam per mulierem spoliatur eoipso ꝙ
eam repetit,& ipsa nō vult reuerti,in quo posset instari: quia
ex quo seipsum spoliauit,nō potest amplius spoliari.dic quod
per eiectionem vxoris maritus non ex toto se spoliat. retinet
enim possessionem per ipsam mulierem,quæ non volunta-
rie recessit,quam tunc demum perdidit cum eam repetit, &
ipsa non vult reuerti. pro hoc quod dixi in simili sup.c.proxi.
1 quia † si dominus,qui possidet per colonum,expellitur, non
perdit possessionem:quia repetit per colonum: pro hoc etiā,
quia possessio matrimonij est reciproca: quia q possidet pos-
sidetur sup.e.ea transmissa.in glo. & ideo quando maritus eij
cit vxorem, non dicitur ipse spoliatus,ea quo ipsa non inten-
dit spoliare:sed ipsa est spoliata,& sibi competit restitutio su-
pra c.ea conquestione.sed quando maritus eam repetit,& ip
sa non vult reuerti,tunc dicitur maritus spoliari, & sibi com
petit restitutio.& sic procedit glossa.In gloss. e. ibi,in seculo.
hoc intellige cum distinctione de qua de conuer. coniuga.ex
parte. In gloss. 1.ibi,cum ad monasterium.ibi notatur cōtra-
2 rium:& illud verius.ibi ꝓprie ponitur , hęc vera: qa † ex quo
sedes apostolica dispensare non consueuit id quod hactenus
non exercuit,communiter dicitur non posse, nisi cum maxi
ma deliberatione.de conuer.coniu. ex publico.vbi no. sed cū
a deliberatione ex magna causa, etiam contra ius diuinum a po
test ecclesia dispensare,seu Papa.notatur in regula actus legi-
timi.in quæstione.& in regula semel Deo. in quæstione. lib.
6.dico qui filii sint legitimi.per venerabilem.in principio. In
glo.penulti.in fi.Quæro,si non timet censuram & nullo mo
do vult cohabitare, an possit aliter cogi , vt procedat quæstio
tam in viro quam in muliere.de qua videtur quod non pos-
sit præcise cogi intantum quod trahatur inuita de domo &
3 ducatur ad virum: †quia materfamil.non potest realiter co-
gi.C.de offi.diuerso.iudi.l.prima.de iudi.capitulo primo. lib.
sexto.in textu.& glo.quæ dicit,quod etiam ordinarius nō ci-
tat personaliter,nisi in certis casibus.contrarium consului:qa
communiter dicitur , quod ordinarius potest præcise & rea-
liter cogere.C.quomodo & quando iud.lege. cōsentaneum.
4 Item, sicut coniux † sequestratur in loco tuto , supra eodem.
capitulo,ex transmissa.de sponsa.cum locum.& hic in glossa
vltima,ita potest cogi realiter vt cohabitet cōiugi.nam si agi
tur criminaliter,cogitur reus,etiam mulier, personaliter cō-
parere.dicto capitulo primo.de iud.ita ergo,& hoc casu,quia
secundum Innocentium infra capitulo proximo. vir agit cō
dictione ex canone contra vxorem pro obligatione persona-
li surgente ex matrimonio.quod est notandum. Item † pro
b executione potest ecclesiasticus iudex b inuocare brachium
seculare.de officio ordinarij.capitulo primo.ergo si coniunx
per censuram non inducitur ad cohabitandum coniugi,po-
test ecclesiasticus iudex vel per suam familiam: vel per inuo-
cationē brachij secularis realiter cogere. quamuis enim hic
dicatur de censura ecclesiastica, non tollitur aliud remediū,
& de-

ADDITIONES.

a Etiam contra ius diuinum. Adde glo.in c non est & ibi docto. de voto.Inn. in c.2.de renun. Ioan.And.in c.de multa.de præb.Io. de Ana in c.3. de simo. Abb.in c.cum venissent.in 5 col.de iudi.in c.significasti de elec.in dif.3 u inci. episcopus,& quidam rector Parmensis inuenies in istis locis , quod si probatur dispensationem fuisse sine causa in his quę sunt de iure diuino,dispensatio non tenet,etiam in foro contentioso.& idem tenet Pet.de Anch.consi. 303.incip.mi legibus & canonibus.si vero exprimitur causa,quę reuera nō docetur falsa,& tamen est falsa, ille non est tutus quo ad Deum vt est text.in c.manet.24 quæst 1 & in cap.sententiam.35.quæstio. nona.& tunc dispensatus peccat vt in dictis locis.& dicit Ricar.in 4.sent distin.37 quæst.9.a 1 cu. 1.in fi. quod vbi non est causa dispensandi rationabilis,non est dispensatio: sed dissipatio.& alle.S.Bernar.in lib.de consideratione ad Eugenium Papā. idem tenet.S.Tho.2.2.q.88.artic.vlti.
b Potest ecclesiasticus iudex. Adde Oldra.consi.89.incip.episcopus inuocat.

& debet iudex eligere id quod sit efficacius. vt lite non cōte-
stata. quoniam. in fine. pro hoc facit quod dico de frigidis. ca-
6 pitulo finali. quæstione sexta. Ad legem primam † de offic. di
uersorum iudicum. dic, quod loquitur quando agitur ciuili-
ter, & in casibus in quibus sufficit comparere per procurato-
rem. & in quibus potest aduersario aliter succurri quam per
7 captionem personæ. Ad capitulū primum. de iudicijs †. dic
non esse verum quod ordinarius non possit realiter citare: qa
immo potest. d. l. consentaneum. nec illud capitulum contra-
dicit, immo permittit, cum dicit ordinarium hoc posse quā-
do subest alia iuris necessitas. nec procedit quod ibi dicit Ho.
. quod vltra casus ibi expressos alius non occurit, secundum p̄
dicta. In glossa vltima in fi. Quæro de intellectu literæ ibi, alio
quin, Innocētius exponit, idest si est homo rectus & simplex
& timens Deum: tunc enim fit restitutio, etiam si probatio-
nes sint promptę. dic alioquin, idest si vir est tantum seuerus
q̄ non possit mulieri prouideri per cautionē, vt sit sensus, q̄, si
est seuerus, procedit præmissa distinctio, an probationes sint prō-
ptæ vel non commode dicātur promptæ. dic, vt no. de appel.
interposita. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Minor in matrimonio habet personam standi in iudicio.*
2 *Coniugis traductio non probat matrimonium.*
3 *Consensus sine verbis in matrimonio est sufficiens.*
4 *Possessorium in causa matrimonij habet causam mixtam.*
5 *Actio præiudicialis vocatur exceptio.*
6 *Minor in spiritualibus non potest petere se restitui.*
7 *Seruus quomodo audiatur pro possessione domini tributa.*
8 *Coniugis restitutionem petenti an sufficiat fuisse in possessione, licet nō probet de coniugio.*
9 *Sponsa etiam de præsenti potest libere recedere à sponso, & ingredi religionem.*
10 *Petens canonicatum an restituatur nisi doceat se institutum ab habente authoritatem.*
11 *Petens restitui ad beneficium quid petat.*
12 *Petens restitui ad beneficium, ad quid non teneatur.*
13 *Spolianti non debet dari terminus ad probandum de carentia tituli.*

EX parte M. Petens restitutionem coniu-
gis habet probare coniugiū:
& cū hoc possessionem & deiectionem. Primo,
quærela. Secūdo, datio iudicis. ibi, quia igitur. No.
cautelam nolentis alteri nubere, vt petat licentiam ab episco
po, quod est vtile, vt declaretur non facta, forte non inueniret
1 cum quo cōtraheret. † Nota, q̄ in matrimonio minor habet
personam standi in iudicio. idem in alijs spiritualibus. qđ dic
vt in di. capi. finali. lib. 6. Nota ibi, prius, q̄ possessorium recu-
perandę in causa matrimoniali deductum etiam a reo habet
naturam præiudicialis, vt prius terminetur. quod facit ad capi
tulum ex conquæstione. supra eodem. Nota ibi, nullo iuris
seu possessionis commodo, quod contra petētem restitui ob
stat exceptio, q̄ non possidet. ad idem supra eodem. capitulo
2 tertio. Not. q̄ traductio coniugis non probat matrimonium.
3 † Nota ibi, sponsalia vel consensus. pro eo quod dico de spon
a salibus. tuę. q̄ ad matrimonium sufficit consensus a sine ver-
bis. probat hæc alternatiua. vt quod dicitur sponsalia, concer
4 nat matrimoniū verbis contractū. † Nota, q̄ possessorium in
causa matrimonij habet causam mixtam, scilicet cum titu-
lo; quia oportet probari de cōiugio. vt hic. & sup. eodem, ex
5 trāsmissa. † Nota ibi, exceptionib. quod actio præiudicialis ēt
vocatur exceptio. nam hic non excipiebatur de spoliatione,
sed petebatur restitutio. & tamen in effectu dicitur exceptio:
quia petebat prius expediri. ad idem sup. c. proxi. & in c. prete-
rea, ibi, q̄ talis obiectio. In glo. sic patet: ibi, non impedit ma-
trimonium. hæc ratio est sufficiens quantum ad exemplum
6 positū in gl. non indistincte. sentit tamen glo. indistincte, † q̄
in spiritualibus non potest minor petere se restitui. & idem
not. glo. ff. de min. ait prætor. in principio. pro hoc facit quod
sequitur in glo. ibi, ad hoc dicas. glo. in hoc stat, q̄ minor qui
renunciauit beneficio, potest petere se restitui, nisi agatur de
alterius præiudicio, vt quia beneficium est alteri collatum. p̄
hoc facit quod no. de rescript. quamuis. lib. 6. Hostien. dicit ꝯ-
siderandum quid expediat ecclesiæ, non personæ. de electio.
in causis. ne sede vacante. capitulo primo. quod tenet Archi.
15. q. 3. certis. Item, q̄ ad eius instantiam non auditur. ad instā
tiam ecclesiæ sic. sta cum glo. q̄ post collationem alteri factā
nō fiet restitutio per inferiorem a Papa. immo posset dici, q̄
etiam si non est alteri collatū, adhuc idem. restitutiones enim
minorum sunt inuentę ne fraudētur in eorum patrimonio;
hoc autem casu petens beneficium certat de lucro. de præbē.
cludum. ad finem. li. 6. vbi tex. singu. de hoc. de regula. cū vno.
vbi Innocen. Vincen. tenet contrarium. sed primum verius.

In gloss. ante pe. ibi, rerum ecclesiarum. immo nullarum, vt
non sit capax bonorum, cum omnia sua sint confiscata, de hę
reti. cum secundum. libro sexto. Ibi, domini, absentis. & tunc
formabit libellum nomine domini, & cauebit quod domi-
nus habebit ratum, non autem de iudicato soluendo. quod
dic, vt nota. C. si per vim vel alio modo l. vltima, quomodo
7 autem † auditur seruus pro possessione domini tributa. dic vt
nota. de appel. cum teneamur. Ibi. §. deijcitur. & tunc restitui-
tur in possessionem naturalem quam habuit: licet nō possit
restitui ad ciuilem quam habere non potuit. sic loquitur ff.
de donationib. inter virum & vxorem. l. eum qui. dic etiam,
q̄ mulier non possidet donata a viro in effectu: quia donatio
non tenet. tamen verè possidet. de hoc in dicto §. deijcitur. &
8 in fi. Oppo. † quod sufficiat petenti restitutionem coniugis
fuisse in possessione, etiam si non doceat de coniugio. sup. eo-
dem. in literis. Solu. facit in possessorio super coniugio: quia
non potest haberi possessio hominis liberi. vt dicit glo. supra
eo. ex transmissa. ad inferendum ergo capacitatem possessio
nis oportet docere de coniugio. vt hic, & ibi. & in hoc Inno.
recitat opiniones, tādem dicens quod petens restitutionem
coniugis debet probare aliquod genus sponsaliorum inter-
uenisse, & matrimoniū cōsummatū, qa si non interuenit cō
summatio, licet spōsa possit peti officio iudicis: vel vēdicari,
quo casu admittetur exceptio concernens titulum puta nul-
litatem coniugij. de ord. cog. c. 1. non tamen potest peti resti-
9 tutio: quia petens nō habuit possessionem coniugij. † potuit
b enim sponsa etiam de præsenti b libere recedere ingrediēdo
religionem. de conuer. coniug. ex publico. & si erat sponsa de
futuro, fortius potuit recedere, cum nulli casus occurrant ex
quibus sponsalia de futuro soluuntur. de iureiurando. quem-
admodum. & hoc signa. Ex hoc infertur, quod pro sponsa nō
potest peti restitutio: pro hoc facit, quia ad inferendā posses-
sionem debet doceri de actibus appropriatis illi actui: ita q̄ al
teri non conueniant. nam actus appropriati dant cognoscere
verum esse rei. arg. ff. de acquiren. hæredi. pro hærede. §. Papi-
nianus. quod nota. & ideo etiam si aliquis aliquam tractauit
vt coniugem, & ab eo recedit, non potest petere restitui tan-
quam coniugem, nisi docto de coniugio. pro hoc facit secun
dum Innocen. quia in matrimonio nullus actus possessionis
interuenit, qui non posit competere adulteris, qui sæpe tra-
ctant se vt coniuges: nec in dubio præsumuntur coniuges. 30.
quæst. j. nostrates. secus dicit Innocen. in canonicatu, in quo
interueniunt actus qui nō competunt alijs quam canonicis:
vt quia tanquam canonicus habet vocem in capitulo. quod
plenius statim dicam. Ex his etiam infert Innocen. quod si pe
titur restitutio cōcubinę, debet libellus lacerari, quod signa,
pro hoc, quia non est possessio legitima: nec possessio, cū nō
posit liber homo possideri, vt p̄dixi. & maxime. cū infertur
peccatū. & idē dico gn̄aliter, q̄ncunq; apparet de incapacitate
petentis restitutionē. vt in hæretico, & laico petēte decimas,
&c. vt in glo. Opp. ad id quod dixi de canonicatu. de nota. per
10 Inn. in d. c. literis, vbi dicit, † q̄ petens non restituitur nisi do-
ceat se institutum ab habente authoritatem. Soluit Innocen.
q̄ illa glo. non est vera, sed verius quod prædixi. Oppo. ad hoc
de fil. presby. constitutus. sol. vt dixi in c. in literis. & dum es-
sem scholaris, & quidam doctor Bonon. repeteret c. fi. de or.
cogni. socius meus optimus dominus quondam Baptista cō
cius cum eo cuncta communicans dicit eandem studui in
canonibus primam & postremam habui. nam vna die cepi-
mus, vna etiam præsentati fuimus pro examinatione domi-
no Io. de Lig. licet ipse me præuenerit in meliore sortem, ipse
igitur opposuit de dicto capitulo constitutus. de doctor resp̄ō
dit, q̄ ibi agebatur petitoro & possessorio. quod no procedit.
per notata hic, cum ergo replicasset socius meus. & etego, qđ
hoc nō procedebat: qa ibi ꝯcludit solū in possessorio. doctor,
quia non potuit se defendere, postea reperijt capitulū ꝯstitu-
tus. & posuit ꝯclusionem, q̄ petens restitui ad beneficiū, resti-
tuitur docto de sola possessione. opposui, quia beneficiū non
est nisi titulus. regula. 1. libro 6. ergo petens restitui ad benefi
cū petit restitui ad titulū: Cū ergo nō possit possedisse titulū,
quē nō habet. arg. de despon impu. ad dissoluendū opus est q̄
11 doceat de titu. super hoc doctor fuit inuolutus. dic, q̄ † petēs
restitui ad beneficium, petit restitui nō ad titulū, sed ad com-
modum beneficij, vt posit administrare vt beneficiatus. &
huius administrationis est capax sine titulo. Quātum autem
ad dubium, Ioan. And. in Specu. eo. tit. in prin. dicit, q̄ si quis
petit restitui ad canonicatum, seu ad actus canonicales, suffi-
cit

ADDITIONES.

a Sufficit consensus. Adde capitulum cum locum. de sponsalibus. & in cap. sufficiat, vigesimaseptima. q. 2.
b Sponsa etiam de præsenti. Adde doct. in c. licet. de regu.

cir docere de quasi possessione & deiectione. ita intelligatur
gl. Innocen. hic. sed si petit restitui ad beneficium in genere,
non ad singulas possessiones, opus est quod non doceat de ti-
tulo, vt in capitulo, literis. sed qđ doceat se ingressum autho-
ritate legitimi superioris. sic loquitur gl. Innocen. in c. in lite-
ris: Io. de lign. contra in primo membro: quia canonicatus ē
titulus beneficij: vnde non refert an ad beneficium, an ad ca-
nonicatum petatur restitutio. puto quod Ioan. Andr. habuit
hanc mentem: quia canonicatus non est totale beneficium.
Ideo petens restitui ad canonicatum comparatur petenti se
restitui ad aliqua singularia iura beneficij, puta ad possessio-
nem decimandi vel inferendi. ideo sufficiat possessio. sed quā
do ad totum beneficium: quia tunc præsumptio est, quod nō
possit habere nisi sit institutus, teneatur docere de institutio-
ne. pro hoc est quod notat Specu. de teste. §. nunc vidēdū ver.
sed pone. vbi dicit, quod in beneficijs ecclesiasticis non fit re-
stitutio, nisi doceatur de canonica institutione, per §. patet. 3.
quæstione prima. & vt dicit ibi Specu. fit talis probatio ad iu-
stificandam possessionem. pro hoc facit quod notatur de cā
possess. cle. vna. in glo. vlti. quæ est not. & dicit, ꝙ aliud est quæ
rere, an petens restitui ad beneficium habeat docere de titu-
lo. aliud quærere, an sit opus iustificare possessionem ex ti-
tulo, vbi natura possessorij hoc requirit, & tunc dicendum ꝙ
sic. pro hoc facit ista litera comparādo matrimonium carna-
le & spirituale. fertur Io. Calde. in scholis dixisse, quod petens
12 † restitui ad beneficium non tenetur ad instantiam aduersa-
rij docere de titulo: sed superior de hoc potest se informare
ex officio. & si inuenit eum carere titulo, non restituet. hoc ēt
dicit Bertrandus in dicta clementina vna. Oppo. ad hoc de di
cto capitulo ī literis. vbi etiam prædo restituitur ad beneficiū.
sol. vt ibi, & videtur dicendum per illud cap. quod non requi-
ritur quod doceat de titulo, immo nec quod iustificet posses
sionem, & quod nec ex officio iudex possit se īformare: quia
in hoc suppletur de facto, contra id de postu. bonæ, el 1. sed si
constat de spoliatione, tenetur restituere, vt ibi, nisi cōstet de
carentia tituli: quia tunc non restituet. dicto capitulo consti-
tutus. ꝙ plenius dixi in capitulo, in literis. Ex hoc dic, ꝙ nō de
bet dari terminus spolianti ad probandum de carentia tituli,
sed postq̄ iudex restituerit, poterit ex officio, si est ordinarius
cognoscere de nullitate tituli. & sic denegabit restitutionem
cum effectu. & secundum hoc potest procedere opinio Cal.
& Bertrand. pro hoc de electionibus, cum nobis. de hoc ple-
nius dico supra. c. ex conquæstione. & repetitione in vltimo
contrario. eo autem casu quo obstat exceptio carentiæ tituli,
vt in matrimonio carnali, dic quod habet vim peremptorij,
secundum Cal. quia concernit principale, de litis contestatio
ne. capi. primo. li. 6. Ex hoc vide differentiam inter matrimo-
nium carnale & spirituale quo ad petēdum restitutionē. aliæ
differentiæ notantur de sponsalibus. tuę.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum vnde ui contra quem non competat.*
2 *Libellus admittitur, in quo petitur res cum possessionibus & pertinentijs.*
3 *Episcopus fundat intentionem de iure cōmuni in ecclesiis suæ diocesis.*
4 *Intentio est medium concludendi.*
5 *Interdicto vnde vi condemnatur victus restituere quæ spoliauit*
6 *Probandi modi plures.*
7 *Victor in causa appellationis petit sententiam confirmari.*
8 *Crimen probatur per instrumentum.*
9 *Interdictum vnde vi ex quibus causis competat.*
10 *Ecclesia censetur vniuersitas.*
11 *Pertinentiarum nomine quid veniat.*
12 *Transactione generali veniunt etiam non expressa.*
13 *Ecclesia exempta cum pertinentijs, quid comprehendatur.*
14 *Condictio vel actio quæ competat ex canone reintegranda.*
15 *Dominium an perdat qui rem tradit per metum.*
16 *Appellatur secundum leges momentanea possessione.*
17 *Lex. vn. C. si de momen. pos. declaratur.*
18 *Appellatio non datur quando agitur de possessione quocunque modo.*

1 CVm ad sedem. † Interdictum vnde
vi non competit con
tra eum qui non spoliauit, nec spoliari mandauit,
nec spoliationem ratam habuit. Primo processus,
Secundo diffinitio: ibi, nos prioris. Prima subdiuiditur: quia
Primo, causæ cognitio. Secundo, processus habitus coram de
legato: ibi, coram quo. Not. ꝙ super eadem re potest vtraque
pars deducere petitorium & possessorium. de hoc in gloss. 1.
2 Not. ibi, cum † possessionibus & pertinentijs. quod admitti
tur libellus in quo petitur res modo prædicto. de hoc infra.
& ad hoc allegatur quotidie. Nota in ver. ad quæ quod suffi-
cit ad litis cōte. negare narrata per partem aduersam. de hoc
3 de litis conte. c. vno. Nota † ꝙ episcopus fundat intentionem
de iure communi in ecclesijs suę diocesis. 16. q̄stione. 7. om-
nes. idem in hospitalibus. vt hic inf. de relig. domi. de xenodo
chiis. Et hoc procedit in petitorio, nō ī possessorio. patet hic
quia episcopus probauit de possessione: seu saltē pars aduer-
sa non diffitebatur: vel non oportuit eum probare, quia erat
reus. pro hoc inf. cap. olim. el 3. vbi de hoc. & pro hoc facit,
quia possessio est facti, & facta non præsumuntur. de off. dele.
4 cum in iure. † Nota ibi, intentionem. ꝙ intentio est mediū ꝯ
cludendi. & videtur hic dici intentio id quod dicitur ex proba
tionibus. melius tamen dic, ꝙ probationes fiunt ad liquidan-
dum intentionem, idest id per quod vult pars cōsequi quod
5 intendit. Not. ibi, restitutionem prædictorum. † ꝙ interdicto
vnde vi condemnatur victus restituere quæ spoliauit. dicit ta
men Spec. eo. titu. §. j. competentius eum condemnari ad re-
stitutionem possessionis rerum spoliatarū. nam cōdemnare
6 ad ipsas res sapit petitoriū. Nota † in ver. nos: quatuor modos
probandi. & est textus notabilis & glo. antepen. addit quintū.
sunt & alij de quibus per Hostien. in summa de proba. §. fina.
7 & in Specu. de probat. cap. fina. † Nota in particula præceden
ti, ꝙ victor petit sententiam in causa appellationis confirma-
8 ri. quod intellige vt no. de offic. delegati. cum contingat. † No
ta ibi, instrumentum, ꝙ per per instrumentum probatur cri-
a men. a de hoc de maio. & obedien. cum in ecclesiis. & in regu
9 la, semel lib. 6. † Nota ex quibus causis competat interdictum
vnde vi. vt hic in summario. Nota, ꝙ quando iudex ad quem
reuocat sententiam iudicis a quo, exprimit causam. de fide in
strumento. cum Ioannes. ibi tamen exprimitur propter ho-
norem iudicis a quo. quia fit reuocatio ex nouis actis. hic ex
antiquis: ideo hic non ex illa causa, sed ne præsumatur ꝙ iu-
dex ad quem reuocauerit sine causa. & est textus singularis.
Nota, quod non præsumitur pro sentētia. nam hæc allegatio
hic reijcitur. quod procedit: quia hæc sententia non transiue-
rat in rem iudicatam, cum ab ea foret appellatum. licet de ap
pellatione non fiat mentio in litera; tamen fit in antiqua. &
sic deducitur sub illo. & in fi. ante ver. nuper. In gl. secunda ibi,
10 vniuersitas est. Nota glo. quia singularis, † ꝙ ecclesia censetur
vniuersitas. & dicitur iudicium vniuersale si petatur ecclesia
cum pertinentijs. ibi, respondeo, signa gl. vsque ad fin. ad quā
quotidie remittimur. ibi, initium iudicij, idem in quacunq;
parte iudicij de his quæ proponuntur per actorem. vt not. ff.
de rei vendi. idem Pompo. §. fina. Ioan. Calde. & dic ꝙ tam ex
parte actoris quam rei fit interpretatio ad commodum pro-
ponentis, quantum ad hoc, vt possint verba varie intelligi, ꝑ
ut ipse declarat. pro hoc de dila. literæ. sed quantum ad proba
tiones oportet ꝙ præcise concludant. de probatio. in præsen-
tia. ideo tunc fit interpretatio contra probantem. & quod di-
xi, quod quis potest declarare id quod proponit, verum est
in eo qui proponit. sed si moritur, eius hæres non potest hāc
declarationem facere dicto §. fi. vbi glo. singula. Et in fine quę
ro, quando petitur res cum pertinentijs modo prædicto, quid
11 venit nomine † pertinentiarum. Innocen. dicit ꝙ veniunt ea
quæ de iure communi, statuto, vel consuetudine pertinent. q̄
dam, vt refert, dicunt ꝙ omnia veniunt. de causa. pos. cum ec-
clesia. quod dicit Innocen. verum si possunt sub petitione cō
prehendi. quod non sic est hoc casu. vult dicere, ꝙ si qua per-
tinent de iure speciali non comprehenduntur nisi exprimā-
tur. Hostien. contra, ꝙ immo comprehēduntur: quia verbū,
pertinere, est latum verbum. ff. de verbor. significa. verbum il
lud pertinere. pro hoc quidam secundum Ioan. de Lig. indu-
12 cunt aliter: quia in transactione † quæ est stricti iuris, cum est
generalis veniunt etiam non expressa. de hoc de transact. cap.
1. fortius ergo in libello, qui interpretatur ad commodū acto
ris. ipse autem Ioan. de Ligna. distinguit, ꝙ aut petitur eccle-
sia cum pertinentijs, & tunc procedit quod nunc dixi. aut ec-
clesia & pertinentiæ, & procedit dictum Innocē. pro hoc. ff.
de fundo instru. si cui fundum. quæ distinctio ꝓcedit in hoc
quod refert, an quid petatur principaliter: an accessorie. sed per
eam nihil infertur ad id quod dicit Innocen. cum dicit com-
prehendi ea quæ de iure communi statuto vel consuetudine
pertinent, non quæ de iure speciali. Est ergo pro hoc alia ra-
tio, quia libellus debet esse certus: vt hic in glo. non esset autē
certus si comprehenderentur ea quæ sunt de iure speciali, cū
hoc sit facti & incertum. sed in his quæ pertinent de iure cō-
muni statuto vel consuetudine cessat incertitudo, cum reus
possit hoc scire, immo debeat. hæc procedunt præsupponen
do ꝙ cum petitur ecclesia, sit iudicium singulare. sed si est
vniuersale, vt supra in glo. verius est ꝙ comprehenduntur ēt
ea quæ pertinent de iure speciali. sicut cum petitur hæredi-
tas, pro hoc facit quod not. de libel. obla. c. 2. Item procedunt
præ-

A D D I T I O.

a Per instrumentum probatur crimē. Adde Fely. in ca. denique. de except.

prædicta quando agitur petitorio. secus si possessorio, secundum Innoc. Host. contra. primum verius. tunc enim debent specificari quæ petuntur. alias cum possessorium sit facti, staret ꝙ pertinerent, & tamen non fuissent possessa. Quæro, exi-
13 mitur † ecclesia cum pertinentijs, videntur comprehēdi omnia quæ quomodocunque pertinent, etiam si sint aliæ ecclesiæ isti subiectę. In contrarium facit, quia priuilegium stricte intelligitur, de priuileg. in his. primum tamen verius. arg. de priuil. quia circa. Sed oportet ꝙ pleno iure pertineant, ita ꝙ censeantur esse in eius dominio, vt si sunt in spiritualibus & temporalibus. sicut est de priuil. cum & plantare. §. in ecclesijs, secus si pertinent quo ad quid: per hoc enim non dicuntur de pertinentijs, & ita consului. In glos. 3. ibi, non est arbitrarium, secundum not. per Innocē. de elect. quęrelam, licet Dyn. in regula sine possessione. lib. 6. dicat ꝙ in deducenda desertione possessionis attendatur decennium, de hoc dico in d. c. quęrela. In glo. penul. ibi sæpe. & dicit Inno. ꝙ † ex c. rein-
14 tegranda non competit specialis condictio, vel actio quod metus causa, vel de dolo, vel similis, secundum varias causas propter quas possessio fuit perdita. dic verius, ꝙ immo etiā competit specialis condictio, quod dicetur in d. c. sæpe. & in eo quod dixi, ꝙ in capitulo sæpe, non agitur interdicto vnde vi. hoc etiam dicitur infra in glos. ibi, vel condictione ex illa decretali sæpe. ibi, sed hoc non est verum. facit ergo glo. differentiam inter familiam liberam, & familiam seruorum, qđ dic vt sequitur in glo. ibi, ad ipsum peruenit. ita tamen quod peruenerit ex facto familiæ. alias secus. ff. de vi & vi arma. l. 1. § familiæ. & §. si filius. vbi de hoc. quod tenet hic Inno. & tenet Bal. C. de epis. & cler. l. 1. hoc esse singulare. quantum autem ad hanc literam dic, ꝙ fuit probatum ꝙ familia episcopi spoliasset. nec ad episcopum ex facto familiæ peruenisset.
15 ibi. 15. q. 6. c. 1. vbi notatur in glo. secunda, ꝙ qui per † metum tradidit rem perdidit dominium. quod non videtur verum, per id quod notat Innoc. de renuncia. veniens, vbi dicit, ꝙ qui renunciat rei, perdit possessionem, non dominium per l. ff. de acquir. posses. si quis in §. differentia, dic ꝙ Innoc. loquitur qñ is qui renunciat rei retinet possessionem. sic loquitur §. differentia. nam solo animo non desinit quis esse dominus, licet desinat esse possessor. d. §. sed si deserit rem, secus, quia tūc videtur habere pro derelicto. quod dico in d. c. veniens. Idem
a si tradit etiam per metum: quia metus non annullat a actum quod metus causa. c. 2. & pro hoc facit quod ibi dico de renūciante beneficium per metum, ibi. aliud secundum canones. pro hoc de sequest. cle. vna. ad fin. vbi de hoc, quod tamen di-
16 citur secundum leges appellari a momentanea possessione. dicit Archid. in §. sunt quorum. alleg. in glo. idem secundum canones. Ad hoc ca. dicit ꝙ causa erat coram Papa aliter quā per appellationem. contrarium dixi supra contineri in decisa. & quod appellatur, secundum canones, probatur in d. clemen. vbi hoc etiam tenet glos. & idem Io. Calde. hic de hoc in Spe. de appel. §. 2. ver. sexto, & sequen. vbi refert Ioan. And. Guidonem de Suza dixisse, ꝙ si simul actum est petitorio & possessorio, potest etiam secūdum leges appellari super vtroque. & sic, quod prædixi, non posse appellari, procedit quando tantum super possessorio. pro hoc, quia quādo super vtroque simul, tunc causa petitorij est principalis, & causa possessorij accessoria, saltem in effectu. supra titu. 1. cum dilectus, ideo sequitur petitorium. quod est singulare. Aduerte tamē.
17 † ꝙ l. vna. C. si de momen. posses. hic alleg. non dicit appellari non posse. sed quod propter appellationem non differtur executio, & hoc est ideo, quia qui succubuit in possessorio potest sibi prouidere in causa proprietatis, vt dicit ibi glos. ex quo infertur secus, si non posset prouideri, vt quia per retentionem possessionis poterat aliqua consequi ad quæ non cōpetebat actio, quia tunc etiam secundum leges potest appellari, quod no. Bart. ff. de appella. nō reci. l. 2. ibi, vt in legatario, vt quia iudex mandat legatario ꝙ restituat rem legatam hæredi volenti detrahere falcidiam. Ibi creditore, qui per hypothecariam petit pignus, vel iudex præcipit creditori vt restituat. his duobus casibus non auditur appellans. dic tamen ve-
18 rius, quod etiam si alio modo † agatur de possessione quam per interdictum adipiscendæ, non appellatur secundū leges. d. l. vnica. C. si de momentanea possessione.

ADDITIO.

a Metus non annullat. Adde Doct. in c. cum locum de sponsalibus. Bald. in l. interpositas. C. de transa.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio inopiæ impedit executionem sententiæ super restitutione. & nunc. 2.*

1 Olim vobis. † Exceptio inopiæ īpedit executionem sententiæ super restitutione. Primo ponitur mandatum & quæstio. Secundo, prouisio. ibi, verum. In glo. 2. ibi, cum ipse est soluendo, vult ergo glo. ꝙ hic iste non potest conueniri: non quia spoliatus: sed quia inops. nam ex eo, quod esset spoliatus ab alio non potest se tueri contra illum quem spoliauit: vt sup. In gloss. Et hoc cum agitur ciuiliter. secus si criminaliter: tunc enim si est spoliatus omnibus bonis vel maiori parte, potest excipere: nec cogitur respondere, nisi sit restitutus inf. eo. tit. ca. 1. lib. 6. & in hoc quantum ad hanc literā non apparet an iste onetensis esset spoliatus super illis in quibus conueniebatur, sed etiā si appareret, tamen posset conueniri ab eo quem spoliauit, vt in l. cum a te. alleg. in glo. & valeret iudicium. sed in executione potest opponere exceptionem quod sit spoliatus, non quia obstet tanquam spoliatio.
2 sed ita demum si est inops: vt hic. quæ † exceptio inopiæ non impedit iudicium, sed executionem. & sic intellige hic. vnde notanter non dicit quod non cogatur ad restitutionem partis zamorēsis diocesis: quia illa extabat. & sic poterat restitui, sed dicit, ꝙ non cogatur ad restitutionem fructuum, scilicet quæ venit facienda in executionem: vt quia fructus non extabant, sed tenebatur ad æstimationem, vt in glo. ad quam non cogitur obstante inopia. & hoc donec factus erit soluendo, vt in glo. ibi, & hic. hoc non colligitur hic, nisi intelligamus qđ fuerit spoliatus parte diocesis zamorensis ab alio: sed tunc excusaretur etiam a restitutione partis: & tamen nō excusatur hic, sed tantum a fructibus, vt proxime dixi.

SVMMARIVM.

1 *Incorporalia an possint possideri.*
2 *Possessorium recuperandæ super incorporalibus intentatur.*
3 *Possessio per pactum negatiuum non acquiritur.*
4 *Consuetudo & præscriptio inducitur super actibus negatiuis.*
5 *Episcopus quomodo fundet intentionem suam de iure communi in sua diocesi.*
6 *Abstinere à diuinis an quis animo obediendi præsumatur.*
7 *Possessio incorporalium retinetur per solam contradictionem.*
8 *Possessio iurisdictionis ad quid requiri possit in non subditos.*
9 *Excommunicatio si est iusta, metus non est iustus.*

Olim inter te. Petens restitui, succumbit, si † de possessione sua ante deiectionem non docet, & per excommunicationem nō infertur excommunicatorem possidere ius parochiale in obseruantes. Primo ponitur factum decisū. Secundo diffinitio. ibi, nos. Nota ibi, pro abbatia. & ibi, nomine parisiensis ecclesię. ꝙ prælatus format libellum nomine ecclesię. de hoc de dila. l. 2. Nota ibi, super possessione iuris. ꝙ cum petitur restitutio non petitur rem restitui: sed possessio-
1 nem rei. de hoc supra c. proximo. † Not. ex errore verborum
a quod incorporalia possidentur. a quia dicit super possessione iuris parochialis: non tamen proprie: sed quasi possidentur. de foro competenti. conquæstus. Ex hoc dic, quod si agēs de incorporalibus dicit se possidere, non vitiatur libellus. pro hoc facit, quia si quis iurat ad se spectare vsumfructū, obtinet, etiā si res sit talis in qua non potest pprie, sed improprie esse vsusfructus. ff. de iureiurando. sed & si possessori. §. item si iurauero. & quod ibi notatur. Ex hoc dic, quod etiam si testes dicūt aliquem possidere ius decimandi, non vitiatur dictum, & de-
2 bet intelligi de possessione suo modo, scilicet īpropriē. † No. quod super incorporalibus intentatur possessorium recupe-
3 randę: vt hic. & sup. titu. primo, cum ecclesia. † Nota ibi, abstinuit. quod per pactum negatiuum non acquiritur possessio. quod est, quia negatio non ponit, sed destruit: vt nota. de consue. cum dilectus. inducitur autem super negatiuis actibus cō-
4 suetudo & præscriptio. † quod dic, vt nota. de consue. c. si. de cle. coniuga. Ioannes. Nota ibi, prius. quod qui olim possedit hodie præsumitur possidere. de hoc sup. c. proxi. & intellige
5 vt ibi de possessione recēti. Not. ꝙ licet episcopus † fundet intentionem de iure communi in sua diocesi: hoc est verum ī petitorio, non in possessorio: quia oportuit hic, quod probaret de possessione. & colligitur hic intelligēdo ꝙ parochia de monte esset in diocesi Parisiensi. & est singulare pro hoc est sup. c. cum ad sedem. Item ratio, quia possessorium requirit actum facti: & sic non sufficit iuris præsumptio. & tene ppetuo

ADDITIO.

a Incorporalia possidentur. Adde gl. in ca. cum ecclesia de causa posses.

tuo menti. In glo. prima. in fine, de hoc supra in notabilibus.
In glo. secunda. ibi, non priuat ipsum possessione. hoc non vi
detur procedere: quia licet faciãt timore ducti, nõ ex hoc red
ditur actus nullus, quod metus causa. c. a. & dic, ꝙ gloss. habet
bonum intellectum. nam isti abstinendo a diuinis potuerũt
hoc facere non animo obediendi, sed pp timorem excõmu-
nicationis, id est pp reuerentiã clauiũ. & hoc sentit litera ibi,
timore sentẽtiæ. & tunc, licet abstineant, non p hoc videntur
fateri quod excommunicator habeat in eos potestatem. sed
si ostenderetur ꝙ fecissent animo obediendi, secus: quod ta-
men ꝓcedit ſm ea quæ dixi in c. olim. el primo. de possessio-
ne quæ tenetur p colonum qñ perdatur. possunt eñ subie-
cti in hoc comparari colono, non tñ per omnia. nam & si ab-
stinerent animo obediendi: per hoc non priuatur Abbas pos
sessione quam habet in eos, nisi sciat, & non contradicat, tũc
eñ, ſm Innocent. ex quo scit, & non ꝯdicit, videtur deserere
possessionẽ. ff. de acquirenda posses. l. possiden. §. si quis nun
ciet. alleg. in glos. & §. ꝙ si seruus. de public. si ego. §. primo. si
seruitus vendi. & si forte. §. primo. Quæro circa hoc, an in du-
6 bio † præsumantur isti abstinere animo obediendi. dic, ꝙ nõ.
secus in actu positiuo: tunc eñ eoipso ꝙ obediunt, intelligũ
tur facere animo obediendi. Quæro in eo, ꝙ dixi, ꝙ si abbas
scit, & non ꝯdicit pdit possessionẽ, an per solam ꝯdictionem
retineat, tenet Inno. ꝙ sic. Op. ad hoc ꝙ immo perdat, eoipso
ꝙ non accedit ad possessionem dubitans repelli. C. de acqui.
posses. l. etiam possidere. §. fi. & l. si id ꝙ §. fi. sup. eo. olim. el pri
mo. vbi de hoc, soluit Inno. ꝙ aliud in rebus corporalibus, de
quibus procedunt ꝯria. aliud in possessione incorporalium
ꝙ est singulare, ꝓ hoc facit qa incorporalia fortius inhærent
& difficilius auferuntur a nobis. ff. de peculio. l. qs ergo casus.
ꝓ socio. l. 3. & ꝙ ibi not. insti. de rebus corpor. & incorporali-
bus, in prin. & de officio iudicis. in fine. vbi glo. facit hanc dif-
7 ferentiam. sic ergo † possessio incorporalium retinetur p so-
lam ꝯdictionem. Oppo. ad hoc de re iudi. suborta. vbi habẽs
possessionẽ obedientię eam perdit si subditus denegat obedi
re, nec sufficit ꝯdictio possidentis. Sol. vt ibi dico. ex prædictis,
& ex litera infertur, ꝙ põt acquiri possessio iurisdictionis in
8 non subditos, † quo ad hoc vt qs possit eos excommunicare.
Op. ad hoc infra de pœni. oẽs. vbi nõ absoluitur qs nisi a pro-
prio sacerdote. ergo nec ligatur. qdam, vt refert Inn. stãt ꝯrio,
dicentes, ꝙ qs non acquirit in non subditos potestatem excõ
municandi, nisi alias sit talis qui possit excõmunicare. alii di-
cunt ꝯrium. & verius, ꝙ etiam simplex clericus potest acqre-
re: pro hoc, qa est capax ecclesiasticæ potestatis. pro hoc de fo.
compe. cum contingat. de his q̃ fiunt a maiori part. cap. quęsi
uit. ꝙ nota, ibi, non præiudicat. cõtrarium notat gl. quod me-
tus causa. cum dilectus. communiter dicitur, ꝙ si excommu-
9 nicatio † est iusta, non est iustus metus. & sic loqtur illa glo. si
iniusta, est iustus. sic loqtur hæc gl. dic, vt in d. c. cũ dilectus, &
considera dicta gl. hic, in hoc.

SVMMARIVM.

1 *Ius canonicum, cum agitur de peccato, corrigit ius ciuile.*
2 *Restitutionis beneficium dicitur illud quod conceditur per interdictũ vnde vi.*
3 *Obligatio noua quoties per legẽ inducitur, & nõ exprimitur qua actio competat, agitur condictione legis illius.*
4 *Differentia inter condictionem ex lege, & actionem de dolo.*
5 *Officium iudicis competit quando subest æquitas.*
6 *Beneficium pinguius est quando succuritur per officium iudicis.*
7 *Actio in factum datur loco deficientis interdicti.*
8 *Differentia inter actionem in factum, & condictionem ex lege.*
9 *Condictio ex lege compatitur secum quamlibet actionem, dummodo non surgat ex eadem lege.*
10 *Capitulum Reintegranda. 3. q. 1. declaratur.*
11 *Condictio omnis est personalis actio, & sic perpetua.*
12 *Dictionis (quasi) natura qua.*

SAepe contingit. Famosum est, & va-
rijs modis intelligi-
tur. & potest summari in genere sic. Scienter reci-
piens rem inuasam tenetur spoliato eam restitue-
re, vel secundum communem lecturam, quę habet ꝙ hic agi
tur condictione huius c. hoc dicit. Condictione huius decre
talis conuenitur qui scienter recepit rem inuasam. Primo po
nitur excessus. Secundo interserta ratione prouidet ibi, vnde.
Oppo. ꝙ non debeat succurri spoliato contra istum qui rece
pit rem inuasam, ex quo non spoliauit nec mandauit &c. s. c.
cum ad sedem. ff. de vi & vi arm. l. cum a te. metu contrariorũ
legitur varijs modis. Primo, ꝙ hic succuritur per interdictũ
vnde vi. & ad contraria dic, ꝙ per hoc c. extenditur interdictũ
vnde vi, ad istum. pro hac lectura est litera ibi, per restitutio-
nis beneficium, si per interdictum vnde vi. quæ litera etiam
resumitur in fi. ad idem ibi, non obstante iuris ciuilis rigore,
vbi apparet ꝙ hic vult aliter disponere. pro hac lectura est qd
hic dicitur in glo. Et secundum hanc lectu. nota casum ĩ quo
interdictum vnde vi competit contra eum qui non spoliauit
1 nec mandauit. &c. † Nota etiam, ꝙ ius canonicum corrigit
ciuile cum agitur de peccato: vt pro hoc & litera ibi, pericu-
2 lum animæ. & de iudic. nouit. de præscrip. c. fi. † Nota, ꝙ resti
tutionis beneficium dicit illud ꝙ conceditur per interdictũ
vnde vi. & hæc lectura videtur fuisse de mente, per prædicta.
a sed quia per eam inducitur iurium correctio, a est vitanda. de
elect. cum expediat. li. 6. ideo communiter nõ tenetur, sed po
nitur secunda lectu. quod hic agitur condictione huius capi.
quam sentit hic glo. antepe. immo expresse ponit in prĩnci.
& idem Inno. & alii. sed glo. supra eo. cum ad sedem. sentit le
3 ctu. præcedentem. Ex hac lectura no. † ꝙ quotiens per legem
inducitur noua obligatio, & non exprimitur quæ actio com
petat, agitur codictione illius legis. ff. de condi. ex lege. l. vna.
hic enim inducitur noua dispositio per verbum sancimus, ꝓ
hoc facit quod no. de iudi. decernimus. & hanc lectu. plenius
infra declaro. Oppo. ad hoc, ꝙ non competat ꝯdictio ex hoc
c. sed potius actio de dolo. qa quando ex lege datur actio pro
obligatione ex maleficio, non condictio, sed actio de dolo ꝯ-
petit, si alia ibi non exprimitur. ff. de dolo. l. j. & l. elegãter. §. nõ
solum. hic autem ex maleficio oritur actio in odium sciẽter
occupantis alienum. vt in litera seq. nemo considerauit. dic
ꝙ hic inducitur obligatio ciuilis, vt occupans scienter rem i-
nuasam obligetur spoliato eam restituere, & potest dici quod
obligatur ex tacito consensu. vnde agens ex hoc c. non habet
dicere de dolo occupantis: sed tantum de sua spoliatione. &
licet habeat dicere ꝙ ille scienter occupauit: hoc tamen non
4 dicit ꝙ ille puniatur: sed vt sibi succuratur. † Ex hoc nota dif-
ferentiam inter condictionem ex lege, & actionem de dolo.
quia actio de dolo competit quando præsupponitur dolus, &
lex disponit eum puniri, nec dicit qua actione condictio ex le
ge vel canone competit, quãdo inducitur noua obligatio, &
non exprimitur qua actione agatur. Ex hoc nota modũ for-
mandi libellum in condictione huius c. s. vt agẽs dicat se spo
liatum, & reum recepisse rem inuasam sciẽter. l. cum sciret.
de appel. & licet quidam dicãt ꝙ debet dicere ꝙ agit ꝯdictio-
ne huius c. dic non necessarium pro hoc litera in fi. ibi, resti-
tutionis beneficium. quæ verba etiam ponuntur s. & ibi de-
bent exponi pro interdicto vnde vi. hic autem pro condictio
ne huius. c. secundum hanc lectu. Op. ad hoc, ꝙ hic succurra
5 tur non condictione huius. cap. sed officio iudicis. † competit
enim officium iudicis quando subest ęquitas. ff. de annuis le-
ga. Quintus. §. Pompo. arg. de offi. iudi. c. 1. & 2. hoc autem ca.
fundatur super ęquitate: ibi, non obstante rigore. pro hoc fa-
cit, quia æquum est, ꝙ iste scienter succedens in rem inuasã,
non debeat locupletari cum aliena iactura. regula locupleta-
ri. lib. 6. sol. iudicis officium competit qñ subest æqtas: vt nũc
dixi. & nulla subest obligatio. hic autẽ subest obligatio secun
dum superius dicta. Item in officio iudicis verba legis dirigũ-
tur ad iudicem; non ad partem. quod dico ca. a. de offi. iudi. ꝓ
hoc quod no. C. de colla. si soror. vbi glo. nota. hic autem di-
riguntur parti, cui succuritur per restitutionis beneficium, &
6 permittitur ꝙ ꝓ hoc beneficio possit agere. Opp. ad hoc † qa
pinguius fuisset beneficium si succurreretur per officium iu
dicis: tunc enim sufficit ꝙ probem me possedisse, & hodie a-
lium possidere, etiam si non probem spoliationem, vt not. de
rescript. ex parte. supra de appella. bonæ. hoc autem casu con-
dictione huius capitu. oportet dicere de spoliatione, secundũ
superius dicta. sol. hæc remedia. s. condictio huius cap. & offi-
cium iudicis, quando competit pro restitutione, se habẽt tã-
quam excedentia & excessa. nã officium iudicis est pinguius
modo prædicto, sed ex alio minus pingue, quia condictio hu
ius capitu. habet priuilegia interdicti vnde vi. alias non esset
plene surrogata loco interdicti. quod tamen voluit hæc lite
ra. & sic contra agentem hac condictione non obstabit exce-
tur instrumento quo ad omnia. narratorium vocat quando
non asserit se interfuisse: & tunc non probat. pro hoc de pri-
uile.si Papa,in prin.li.6.& quod not.de censi.cum olim.in gl.
a.quod procedit quantum ad id quod dicit de testimoniali,
præsupponendo ꝙ stetur scripturæ notarij sine testibus quo
ad probanda acta:vt sup.in glo.3. Eo vero casu quo requirun
tur testes,oporteret ꝙ diceret me præsente & talib⁹ testibus
& tunc instrumentum habet vim tot instrumẽtorum quot
sunt acta.argu.ff.de verbo.oblig.l.scire.de testa.ca. Rainutius.
& c.Rainaldus.in eo quod dicunt de sententia continente di
uersa capitula, dic,vt de arbi.cum tempore.in glo.Nota.hæc
ꝓcedunt quando a sententia fuit appellatum. si enim trãsiuit
in rem iudi.quanquam non probentur acta: tamen statur ĩ-
21 strumento sententiæ,† & præsumuntur omnia legitime acta
vt no.Innocen.de elec.bonæ,el 1.de offi.delega.c.cum in iu-
re.Specu.de instru.edit.§.restat.ad fi.ver.in summa.& de sen.
prolatis.§. vt autem.ver. & nota secundum quosdam. & ibi,
per Io. An.& per Cy.C.de fide instru. emancipatione. de edẽ.
authen.si quis.per Bart.ff.de re iudi.acta. quando appellandũ
22 sit l.1.in fi.& sic obtinui.& quod dixi, standum † sententię q̃
transiuit in rem iudicatam, procedit quando fuit lata cõtra
præsentem, idem si contra absentem contumaciter. de cõtu
macia tamen debet sufficienter constare.nec sufficit ꝙ in sen
tentia narretur eum citatum, cum citatio non fiat tempore
sententiæ,sed ante cum debito interuallo. & ꝙ sit perempto
ria.docto autem sufficienter de contumacia stabitur senten-
tiæ non facta distinctione,an factum sit recens,an antiquum,
q̃ tñ procedit quo ad aliũ respectũ. de quo s̃. ꝓ hoc quod idẽ
sit in sententia lata contra contumacem.sicut si contra præ-
23 sentem,est:quia contumaciter † absens habetur pro præsen
te,in suum præiudicium.C. de iudi. properãdum.§. cum au-
tem.de dolo & contu.veritatis.quod etiam dico de offi.dele-
ga.c.cum in iure.non tamen per omnia:quia sentẽtia per fal-
sas allegationes lata contra præsentem tenet, sed rescinditur
per restitutionem,si is,qui obtinuit sciuit de falsitate. sed lata
contra absentem,etiam contumacem,est nulla.ff. de iudi.si p̄
tor.§.Marcellus.ad euitandum autem omnẽ scrupulum,ob-
seruatur quod omnia acta separatim scribuntur.ita quod de
quolibet potest confici publicum instrumentum.& hæc si-
gna:quia per scribentes non declarata.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio negatiua non admittitur ad excludendum affirmatiuam contrariam.*
2 *Purgatio fit præcedente probatione non plena, sed tamen sufficienti ad infamandum.*
3 *Iuramentum furis sufficit ad se exonerandum.*

1 AD nostram. Probatio † negatiua nõ au
ditur ad effectum vt habea
tur pro plena: & excludat probationẽ affirmati-
uæ contrariæ.vel sic: negatiua pura est improba-
bilis,etiam si consuetudo hoc habeat. vel sic, si probari potest
reum deliquisse, eius probatio quod non deliquerit,admittẽ
da non est.& hæc communis.Primo refert primam consue-
tudinem. Secundo eam prohibet ibi, valentes in fi. primę gl.
secundum hoc colligitur vna lectura hic, quod ideo non va-
luit consuetudo:quia permittebat purgationem per quoscũ
que etiam viles. pro hac litera ibi: quoquo modo,exponẽdo
vt in ista glo.lecturæ probantur in alijs glo.In glo.2.ibi,appa-
reat accusator,Ex hoc colligitur alia lectura, quod cum pur-
2 gatio † fiat præcedente probatione non plena:vt in gloss. sed
tamen sufficienti ad infamandum,ratio hæc non valuit,ꝙ ad
mitteretur esse quando in contrarium offerebatur plena pro
batio.In glo.fi.in fi.pro hoc quod dixi super glo.proxi.Tertiã
lecturam ponit Inno.quod consuetudo habebat,ꝙ si accusa-
tus offerebat se probaturum negatiuam, non audiretur pro-
batio affirmatiua:& ideo non valuit.sed si permisisset proba-
ri affirmatiue & negatiue, bene valeret, dum tamẽ accusatus
probet negatiuam aliter quam per suum iuramentum:quia
hoc casu non est differendum scilicet in iure: vt not. de iure-
iuran.c.si. pro hoc litera,ibi.probari pro testibus possunt,qua
re non admittitur probatio negatiua. Quartam ponit Host.
quod consuetudo habebat quod accusatus se purgaret per se-
ipsum tantũ,cum tamen debeat & per alios: de confes.c.1.&
omnes istę quatuor lecturæ possunt coniungi, vt dicatur,ꝙ
hic nõ prohibet simpliciter probari negatiuam, cum proba-
ri possit saltem indirecte.vt in glo.sed prohibet imperfectam
probationem præferri perfectę. litera ibi in huiusmodi ꝓba-
tione negatiuę:idest negatiua probata modo prædicto. & di-
citur quod l. de qua hic, est illa quam isti dicunt se habere a
3 Karolo, ꝙ si † fur, etiam habens rem furtiuam subclamide,
vult iurare cõtrarium,sufficit ad exonerationem se. Oppon.
ad hoc in eo,quod prohibet hanc.l.seu consuetudinem tanq̃
non rationabilem: & sic videtur, quod si fuisset rationabilis
valuisset,etiam quo ad clericos,vt hic.& sic contra. de consti.
ecclesia.Sol.ꝙ dicit legi regni,dic, id est ꝯsuetudini.& ꝙ erat
cõmunis clericorũ & laicorũ. ꝓ hoc de eo qui mit.in posses.
cum venissent.& quod ibi dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Fines diocesum quomodo.*
2 *Libris scriptis a parte non debet stari pro scribente.*
3 *Probationes duæ imperfectæ quando faciant vnam plenam.*
4 *Dioceses quo tempore fuerint distincta.*
5 *Vacantia occupanti conceduntur.*
6 *Spiritualia non occupantur, nisi authoritate Christi.vel Papæ eius Vicarij,non.n.vacant respectu domini sed bene quo ad titulum.*
7 *Reus absoluitur, quando actor aliud petit,& aliud probat.*

1 CVm causam. † Finis diocesum proban-
2 tur per libros antiquuos,a
testes,& famam,& alia adminicula.Primo est cõ-
missio. Secundo iudicum instructio.ibi: manda-
mus.de eodẽ facto habetur de procuratoribus auditis. In gl.
prima ibi ad audientiam. ꝯ, quia possent illi libri esse descri-
2 pti a parte † non debet autem stari pro scribẽte de fide instru.
c.1.2.& alias posset contingere absurdum,si rector ecclesiæ iã
centum annis scripsit de hominibus parochiæ quod erant
censuales,quilibet in tantum.Hostien.intelligit de libris ĩ lo-
co publico conseruatis. Et dicit tamen,quod cum alijs admi
niculis posset credi libris priuatis:vt quia scripti a sancto uiro
& per antiquas scripturas positas in muro, hæc dicentes, vel
quid simile,& dicit se hoc vidisse in facto. Et est ergo arbitra-
rium,& hoc vult hæc littera. In gl.fi.ibi,singula, idest singula-
riter sumpta.ibi,multa idest simul sumpta, & intellige quod
sint talia quæ possint coniungi ad inferendum idem, vt si
probauit per vnum testem de mutuo, & probaui famam es-
3 se quod tibi mutuaui. † iste duæ imperfectæ probationes b fa
b ciunt vnam plenam.secus si non coniunguntur ad idem infe
rendum,vt si probaui per vnum testem de mutuo,per alium
quod confessus fuisti me tibi mutuasse,ex his duabus non fit
plena

A D D I T I O N E S.

a Per libros antiquos.adde Spec.tit. de proba. in § videndum.versi.cum per libros.
b Duæ imperfectæ probationes.adde Ant. de But.in c.venitns.el 1. de testi.& Bar.in l.1 in §.item Cornelio.ff.de quæstionibus.

plena probatio, cum contingat duo facta separata. & si essent etiam mille tales separatę idem esset. facit pro hoc not. glo. ff. de excusatio. tuto. l. 2. §. j. C. quib. mod. tute. l. j. Bartol. ff. de quæstion. l. 1. §. idem. & melius in fine. e. glossæ. Oppon. quod
4 superflue hic dubitetur, cum † diœceses fuerint distinctæ tēpore apostolorum, 80. distinc. cap. 1. de his quæ fiunt a præla. pastoralis. per apostolos autem fuerunt distinctæ prouinciæ: vt dicit glo. in dicto cap. 1. 99. distinct. hæc tamen diuisio alterat: vt quia vnus episcopatus destruitur, alter erigitur, vel quid simile. Oppo. ad idem, quia debebat præferri qui possi-
5 debat, cum † vacantia occupanti concedantur. institu. de rerum diui. §. ferę. Item territorium quod erat captum ab hostibus, & sic factum capientium. institu. de re diuisio, §. præterea. Soluit Innocen. ꝙ illę duæ regulæ non habent locum in
6 spiritualibus, † quæ nō sunt occupanda, nisi authoritate Christi, vel eius vicarij, qui aliquando cōcedit occupationem, 16. q. 6. placuit. de præscrip. c. 1. quod signa, & dic rationem, quia spiritualia respectu dominij non vacant. sunt enim Christi, vel eius vicarij. vt no. de causa posses. cum super, sed bene vacant quo ad titulum: vt no. de restit. spo. olim. 1. Quæro, in eo quod hic dicitur de diuisione. petit quis medietatem fundi pro indiuiso, probat medietatē pro diuiso ad se pertinere. Fe
7 de. dicit in consil. 1004. ꝙ absoluetur reus †, quia actor aliud petit: aliud probat. qui enim petit pro indiuiso, dicit se habere partem in aliqua minima particula ff. si cer. pe. nā & si fur. §. penul. & sic probādo ꝙ pro diuiso, probat pro alia re: idest de parte diuisa, & pars diuisa censetur alius fundus: sola nāque animi destinatione fundus diuiditur in plures. ff. de lega. 3. ꝙ in rerum. in §. penul. & l. placet. §. fi.

S V M M A R I V M.

1 *Matronę per quas probatur virginitas an possint reprobari.*
2 *Iudicis officium exuberat in causa matrimoniali.*
3 *Virginitatis laus.*

1 CAusam. † Reprobari possunt matronæ per quas virginitas puellę ꝓbatur. Cōmunis diuisio. Secunda ibi: mandamus. In glos. 1. ibi: se virginem. nec ex aduerso appatebat de copula. & sic non constitit ꝙ vir fuisset; in possessione eius tanꝗ vxoris. pro hoc facit quod no. de restitu. spol. ex parte. In glos. 3. in fi. solu. ibi. Oppo. ꝙ ex quo probata erat virginitas p matronas non debuerunt alię assumi. arg. s̄. c. 2. non erat probatū plene cum opponerentur contra mulieres quod dic, vt in glo. 2. & dic, ꝙ matronę hic assumuntur officio iudicis. pro hoc litera ibi: volumus &c. quæ dirigitur iudici. ex hoc dic, quando dubitatur de fide inductarum, iudex ex officio] alias assu-
2 mit. & hoc † quia in causa matrimoniali exuberat eius officium: vt not. de iureiuran. ad nostram, el 2. In gloss. fi. ibi, quæ sola. i. per se solam, nō quod sit sensus, ꝙ per alias virtutes hoc fieri non posset: quia immo potest lōge melius per alias: maxime per charitatem, sed est sensus, ꝙ sola. i. sine suffragio aliarum virtutum: intellige tamen ꝙ non subsint peccata quæ plus ponderent. Item, cum virtutes sint connexę. de renū. vbi ad fi. vbi est vera virginitas, infertur & alias virtutes subesse s̄.
3 in procęmio. & dic sola. i. attento merito ipsius solius. † Item datur hæc laus virginitati: iuxta illud Apocal. 14. scilicet vir-
a gines sequuntur agnum &c. ibi Laureolam a glos. e. ad instar lauri quæ semper est virens. & ob hoc ex ea olim coronabantur imperatores. poetę autem edera: sic habent virgines laureolam. i. coronam ad instar lauri. i. quendam splendorem per quem distinguuntur in cœlo ab alijs, tanquam digniores de hoc etiam dico de desponsa. impube. continebatur. quæstione 5.

ADDITIO.

a Laureolam. Adde quibus personis datur laureola. vide per Arch. in cap. si ad tempus 11. q. 3. Tho. in quarto sen. dist. 8. q. 1. arti. 2. idem Tho. in quarto. dis. 58. q. 5. arti. 1. 2. 3. 4. & 5. Astesanus in sua summa. li. 2. ti. 55. arti. 3. & an mulieres virgines quæ fuerunt per vim corruptę a barbaris perdiderunt laureolam, vide per Augustinum de ancona in tracta. de potestate Papę. q. 1006. arti. 4. & de hoc est glo. in summa, 32 q. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Acta coram primis iudicibus faciunt fidem coram surrogatis.*
2 *Acta probantur per confessionem partis.*
3 *Iudex debet ante omnia laborare ut concordet inter partes.*

1 CVm bonæ. † Acta coram primis iudicibus faciunt fidem coram surrogatis. & ponit diuisionem bimembrem. Secūdum membrum ibi, Alioquin. No. ibi, apud priores. vt in gl. 1. Item ibi, non reuocetur in dubium
2 de contestatione, ꝙ acta † probantur aliter ꝗ per scripturam: vt p cōfessionem vtriusq; partis. vt hic & s̄. c. quoniā. Opp. ad hoc de eo ꝙ no. Inn. tertius, cum causam J. ti. 1. Item ꝙ acta coram vno iudice producuntur coram surrogato. hæc tamen ratio non colligitur hic. sed facit litera ibi, requirentes. & maxime in hoc, ꝙ iudices iubentur cum omni diligentia inquirere si hoc melius probatur. ff. de procura. mutati. vbi glo. dico de offi. deleg. quoniam Abbas. Item secundum Hostien. ꝙ instantia non perijt triennio, quia causa fuerat inchoata tempore Celestini & continuata per Hono. qui vixit vltra triennium, & ad huc pendebat coram Gregorio. 9. hoc tamen, ꝙ causa non expiret, probatur de iudic. venerabilis. Item ibi. de compositione. id de quo in glo. vlti. & allegatur quotidie, qd
3 ante † omnia debet iudex laborare vt componat inter partes de hoc in glo. ibi, in vno iudicio. glo. 1. dic, ꝙ idem non aliud est iudicium coram surrogato. ff. de iud. mortuo. de offi. dele. quoniam abbas. alias coram secūdo obstaret publicatio, quæ non obstat coram primo: vt hic in glos. 2. de primo tamē, an publicatio attestationū in vno iudicio obstet in alio. dic melius vt dico J. ti. 1. fraternitatis. In glo. 3. ibi, inueniri, vel etiā si inueniuntur: sunt talia quæ non faciunt fidem, vt quia non confecta secundum formam c. quoniam, sup. eo.

De testibus. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Testis vnus quandoque sufficit.*
2 *Testes aliud, & aliud attestationes.*

Oppo. ad rubricam: quia dicit de testibus in plurali, nā sufficiebat dicere de teste. Solu. hoc arbitrarium. ad hoc de re-
1 scrip. si quando. vel dixit in plurali, quia non sufficit vnus † testis J. c. veniens. el primo. quandoque tamen sufficit J. eo. sup eo. primo responso. ideo præcedens melior. Oppo. quia videt superfluitas ibi, de attestationibus, quod non ponitur. C. & ff. & in authen. Solu. potuit omittere, & nihilominus de attestationibus tanquam de pertinentibus ad rubrum tractare, vt
2 in contrarijs. sed obiecit congruēter, quia aliud testes † aliud attestationes. & infra de testi. quasi per totum, infra de attesta. licet. & capitu. in causis. & capitu. præsentium. de vtroque J. fraternitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Testes non idonei non recipiuntur.*
2 *Testibus pratium qualiter detur.*
3 *Hæreticus an contra hæreticum admittatur.*
4 *Infidelis testificari vbi possit.*
5 *Iudeus quando admittatur in testem contra Christianum.*
6 *Sacerdos missam celebrans debet esse ieiunus.*

1 PLacuit. † Testes non idonei nō recipiūtur, & sunt nō idonei pretio corrupti, vel non. hic tria dicta secundum ibi, & vt quicunque. tertium ibi, at nullus. In glo. 2.
2 in fi. Opp. quia datur † prætium testibus iure permittente. 4. quæst. 3. §. venturis. de rescrip. statutum. in fi. lib. 6. Sol. pro expensis & interesse licet, vt in ꝯtrarijs. non vt sic testificentur, vt hic. In glo. penul. ibi, si hære-
3 ticus contra de d. c. ibi, hæreticus † contra hæreticum testifi-
a catur. glo. ibi, dicit, ꝙ immo hæreticus indistinctea repellitur, & pro hoc de hæreticis, ex eo. & c. fi. quia est excommunica-
b tus b & infamis: vt ibi, & tales repelluntur inf. c. testimonium
4 de non hæretico † alias infideli dic, ꝙ potest testificari in extraiudicialibus. super actis vero iudicij non de hæreticis. l. pe. in glo. C. fallit quando agitur de conuincendo christianum
5 q transiuit ad ritū iudęorū † tunc enim iudęus admittit in testem. de hæreticis ꝯ christianos. li. 6. in gl. fi. in fin. aliq dicunt hic loq in regionibus vbi non ieiuni sunt incompotes. i. ebrij
c dic, ꝙ si intelligit de ieiuno c, idest q nihil comederit. gl. procedit. si vero de ieiuno. i. sobrio, ꝓcedit hæc opi. ratio namq; quare non ieiunus nō admittit, esse videtur, qa nō sobrius, & sic rōnis nō cōpos. in iudicijs aūt nō ꝯsideramus ieiunū primo mō sufficit em̄ quacūq; hora iudiciū exerceat. de off. dele. ꝯsu
6 luit. facit. C. de transac. l. nō minorē. Quātū † aūt ad missę celebrationē debet sacerdos esse ieiunus: idest nihil cōmedisse q nō sit digestū. de ꝯse. di. 2. trib⁹. & di. 1. sacramēta. In gl. 1. de accu. si ꝯstiterit. dū tēpestiue venirē semel ad scholas i quadragesima vidi quēdā pulsare ad tabernā vt sibi aperiret ecclesia.

ADDITIONES.

a Hæreticus indistincte. Adde gl. 1. in c. si hęreticus. 1. q. 7. & in c. in fidei fauorem. de hære. li. 6.
b Quia est excommunicatus. Adde. c. sicut. el 1. de hære. & in c. excommunicamus el 1. e. ti. gl. 1. in c. si Christus. e. ti gl. in ver. qui vero. in c. 1. 24. q. 1. Itam summa ti. de sen. exc. in §. & est sciendum.
c De ieiuno. Add. gl. in c. decreuit. 27. q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Testium receptio contra non citatum est nulla.*
2 *Iudex quandoque per seipsum monet: quandoque per nuncium.*
3 *Contumax habetur pro presente.*
4 *Conditiones quæ repellant testem.*
5 *Pauper testis quis dicatur, est arbitrarium.*
6 *Aduersarius potest interrogare testes de circumstantijs.*
7 *Absens rediens potest opponere contra personas testium.*
8 *Contumax non habetur pro potestate per omnia.*

1 IN nomine domini † Receptio testium contra
non citatum est nulla, primo decisum exordium
secũdo dictum, ibi, qđ autem. Tertio probat, ibi,
ne postea, Quarto excludit, ibi, ecce lege. alias legis, prima cō-
munior, & dic lege cōstitutionis nouellę. No. pro inuocatio
a ne diuini nominis [a] quæ allegatur quotidie. in Spe. de instru.
2 edit §. 2. in prin. † Item ibi, a iudice, ꝙ iudex quandoq; monet
per seipsum, quandoque per nũciũ. vnde literã ibi, defensore,
exponit Inn. idest nuncio, & plus vrget monitio iudicis, q̃ nũ
cij. C. quomodo, & quando iudex l. cessante. no. de offi. dele.
3 consuluit. † Itẽ ibi, voluerit venire, iũcta gl. ꝙ cōtumax hř ꝓ
b pręsente [a] pro hoc litera, ibi, ipso præsente, & de dolo, & con
tu. ca. veritatis. Item ibi ꝯtra. l. quod gesta ꝯ legem sunt nulla,
4 de hoc dico de postula. c. fi. In gl. 2. ibi, conditio. vt † sit liber,
non seruus. 4. q. 3. §. liberi. C. eo. quoniam, de uerbo. sig. forus,
sexus, quia mulier regulariter non admittitur d. c. forus, quan
doq; tamen sic. ꝟ. e. prox. ætas, ut sit maior 14. in ciuili. & 20.
c in criminali. [c] 4. q. 3. c. 1. ver. in testimonium, & in Spe. tit. de
teste. in §. 1. ver. item excipitur, quod est impubes. discretio:
d qa furiosi vel mente capti [d] non recipiuntur, 1. q. 7. §. tria. fa-
ma, ꝙ sint bonæ famæ. ꝟ. eo. testimonium ꝟ. titu. 1. c. præterea.
e fortuna, vt non sint pauperes. [e] 4. q. 3. §. item, ver. item testium
5 fides, & quis † dicatur pauper [f] est arbitrarium, qa non est iu
f re expressum, qđ dico de constit. quæ in ecclesiarum, fides, ꝙ
nō sit hæreticus, quod dic vt ŝ. c. prox. In gl. 4. ibi, dictum suũ.
qđ ita tenet gl. 2. q. 1. in primis. sed Brix. ibi ꝯ, intelligendo ibi,
6 vt sequitur in gl. & hoc verius, sed pro gl. lo. facit, quia † aduer
sarius potest interrogare testes de circunstantijs: vt d. c. in pri-
mis, sed respondetur, ꝙ facit interrogatoria quæ tradet exa-
minatori. de his ꝟ. c. per tuas ꝟ. eo. c. a. li. 6. no. C. eo. si quando,
in glo. & in Specu. e. §. nunc tractandũ. & ibi in addi. in gloss.
si enim, ibi, non valent. No. vt nullę attestationes, sed non va-
7 lent in præiudicium absentis †, quia veniens auditur oppo-
nens in personas ac si fuisset præsens & protestatus in forma
ꝟ. c. in præsentia. no. Io. An. hoc in regu. 6. in quæstione. & est
singu. ꝙ ergo dicit, ꝙ valent ac si ille fuisset præsens, intellige
modo ꝓdicto, nam etiam si fuit contumaciter absens, adhuc
8 auditur in ꝑsonas: licet enim † contumax habeatur pro præ-
sente: non tamen per omnia, vt dixi ŝ. titu. 1. c. quoniam con-
tra. ad fi. pro hoc facit quod dico in d. c. in præsentia.

ADDITIONES.

a Per inuocationem diuini nominis. Adde c. in nomine domini 23. dist. & in c. hort 26. q. 3. & in procem. inst. de rubro, iuncta glo. 1.
b Contumax habetur pro præsente. Adde l. properandum. in §. sin autem. & ibi doct. de iud. Card. in c. veritatis. in 8. no. de do. & contu.
c Et 20. in criminali. Adde l. in testimonium & in l. inuiti. ibi glo. ff. de testi. tamen in defectum probationum admittuntur minores secundum Abb. de Bo. in c. tertio loco. sup. de probat. Alex. de Imo. consi. 64. incipien. viso themate & dubio. in 1. volum.
d Furiosi vel mente capti. Adde l. qui testamento. in §. nec furiosus. ff. de testi. Spe. tit. de teste in §. 1. ver. item quod est furiosus.
e Vt non sint pauperes. Adde quod hoc habet locum in suspectis, vt in c. in primis 8. q. 1. & in c. si testis 4. q. 3. sed pauper alias honestus non repellitur a testificando immo habet priuilegium vt ad eum mittat, si verecundatur exire propter nimiam paupertatem secundum Spe. ti. de teste in §. 1. ver. itẽ quod est pauper. intellige iura dicentia, quod pauper repellitur a testificando, in criminali secundum Tancr. in c. si qui testium. inf. eo. & dicit Bal. in d. capit. si testium. quod si pauperi fuerunt publicata bona propter crimen, quod talis non potest esse testis.
f Quis dicatur pauper. Add gl. in Authen. de here. & fal. glo. in versi. in paren. mitti de exe. tuto. gl. in ver. paupertatem. & ibi Do. de San. Gemi. in c. prohibetur 2. q. Arch. in c. pauper 9. q. 3. Pet. Anch. in c. 2. de male. Ioan. de Imo. in c. quæ ecclesiarum. de consti.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, cum agitur ciuiliter, contra clericum testificari potest.*
2 *Mulieres an & quando admittantur in testes.*

1 QVoniam. Mulier testificatur cōtra clericũ,
cum de crimine ciuiliter agitur.
in fin. primæ glo. contra, ꝙ etiam in causa crimi-
nali admittatur mulier in testem. de testi. ex eod.
15. q. 3. ex eo. dic, illud de iure ciuili, secundum ꝙ admittitur
præter quam in except. secus de iure canonico; vt no. gloss. in
e. forus. de verbo. sig. & Spe. eo. ti. §. 1. ver. item ꝙ est mulier. &
seq. vbi Io. An. refert Iaco. de are. tenuisse, ꝙ etiam de iure ci
2 uili in criminali repellitur: quia † repellitur in testamentis.
ff. de testamen. qui testamento. §. mulier. ergo fortius cũ agi-
tur de salute hominum. Ioã. An. ibi, contra. quia dicta l. ex eo
resistit. & de facto seruatur. & dicit ęquum mulieres admitti,
quando per viros probari non potest. In glo. vlti. ibi, præscri-
ptione. signa glo. pro hoc quod no. de confes. c. 1. in glo. 2. vel
ad literam ibi, cum quibus. dic idest quibus scientibus. sed est
extorsio.

SVMMARIVM.

1 *Monitio ad quem pertineat, & ad quem correctio.*

IN omni negocio. Is qui denunciat
per dictum suum
& alterius probat se ꝓmonuisse. ponit dictũ quod
probat duabus authoritatibus. ibi, quod patenter.
1 In glo. penul. ibi, melius. dic, ꝙ ad quemlibet pertinet † mo-
nitio & denunciatio facienda ecclesiæ: sic ꝓcedit prima opi-
nio. sed correctio, vt denunciatus cogatur pœnitere, pertinet
tantum ad prælatum, de hoc plenius dixi de iudi. nouit.

SVMMARIVM.

1 *Testis qualiter iurare debeat.*
2 *Amicitia qualiter repellat testem, & nu. 3.*

QVotiens. Dicit quales esse, & qualiter iura-
re debeant, qui super consangui-
1 nitate deponunt. vel sic †, testis debet iurare quod
non odio: non amicitia: nō pro cōmodo, sed pro
veritate deponet. habet duo dicta. Secundum ibi, probatio. in
fine primæ glo. Hostien. exponit cognationem, idest cogni-
tionem: quia cōsanguinitas est cognita. i. nota. ꝙ non ꝓcedit,
quia immo quandoque est cognita, nisi sint in primo vel se-
cũdo gradu. de diuor. porro. Item hoc est improprium, ideo
sta cum glo. In glo. testis enim. ibi, amicitia. contra 35. quæst.
6 de parentela. Solu. Innocen. ꝙ † amicitia carnalis impedit te
2 stem: vt hic, non caritatiua, vt in contrario dic sic allegari cō-
muniter dictum Innocen. qui tamen non dicit hoc expresse,
sed dictum est verum. ꝓ hoc litera, ibi. priuato odio. irratio-
nabili seu carnali. alias non repelleretur, vt si odiuius aliquẽ
rationabiliter: vt quia malus 86. dist. odio. & si, etiam ibi, nec
3 amicitia. subaudi priuata. ex hoc dic. † ꝙ si testis interrogatur,
an sit amicus eius pro quo deponit, respōdet sic, quia bonus,
non inficitur dictum eius. quod est singulare.

SVMMARIVM.

1 *Clericus qui est procurator ecclesiæ an repellatur a testimonio.*
2 *Constituentes procuratorem, & constitutus differunt quo ad testificandum.*
3 *Vicedominus & procurator an & quãdo testificari possit pro episcopo.*
4 *Vicedomino agēte pro ecclesia, quare repellatur episcopus à testimonio.*
5 *Legatarius an possit esse testis in causa testamenti continentis leg. sib.*
6 *Testes contra vsurarium an sint idonei ij à quibus extorsit vsuras.*
7 *Venditor an possit testificari pro emptorem. vel econtra.*
8 *Canonici quando admittantur in causa ecclesiæ.*
9 *Fideiussor an possit testificari de confideiussore. & de similibus.*
10 *Procurator an generaliter non admittatur, in testem.*
11 *Procurator (sicut dominus) tenetur respōdere positionibus nedum in animam domini, sed & suam.*
12 *Procurator an & quando possit testificari pro domino.*
13 *Procurator ad negotia an testificetur.*
14 *Aduocatus an possit testificari in causa pro cliente. & nu. 15.*
15 *Aduocatus an possit reuellare secreta partis, & reuellans an puniat.*

INsuper. Prælati & clerici in causa suæ eccle
siæ quam non procurant, testificari
possunt. Primo ponitur dictum. Secundo limita-
tur ibi, dummodo. In glo. 1. ibi, ecclesiæ suę hoc
colligitur hic iuncta suprascriptione ibi, priori & fratrib. de
hoc in Specu. de teste. §. 1. ver. sed nunquid rector. & sequen.
& inf. eod. cum nuncius. In glo. 2. in fi. & eod. titu. si quo, li.
6. In glos. vltima. ibi, duplex officium incompatibile: vt sic a-
ctor vel reus & testis, vt hic ibi, singula glo. ea. vbi de hoc. &
sup. titu. j. ex literis. in fin. e. glo. Oppon. † ꝙ clericus etiam qui
1 est procurator ecclesiæ non repellatur a testimonio, quia po-
test non exercere officium procuratoris inf. cap. dilecto. Solu.
hic intellige de exercentibus, & in litera ibi, institui, subaudi
cum effectu. & hoc intelligit Innocen. quod dixi non repellẽ
dum quando non acceptauit officium, vel re integra renũcia
uit. Ioan. And. dicit considerandum, an possit negotium re-
sumere, vt in casu d. capitu. & repelletur. si vero non possit, &
admittetur. concludit tamen sufficere quod potest non reti-
nere,

mere, quod est verius. & sic, dummodo non exerceat, admit-
2 teretur. † Oppo. ad hoc, † quia constituentes possunt testifica-
ri, vt hic. ergo & constitutus, vt in regula qui per alium. lib. 6.
Sol. Inno. ꝙ constituentes testificantur tanquam singuli. isti
autem dicuntur cōstituti nō a singulis, sed ab ecclesia. & cau-
sa dicitur ecclesię, non singulorum. 12. q. 2. qui manumiserit.
& in hoc subest ratio: quia isti qui procurant videntur habe-
3 re affectionem ad obtinendum. † Quæro episcopus per vice-
dominum vel procuratorem litigat, an potest testificari. Inn.
quod non, quia nomine episcopi intētatur actio. Quid si epi-
scopus per se agit an eius procurator vel vicedñs potest testi-
ficari. Innoc. ꝙ sic. nam alio agente testificari potest. Abbas ꝓ
monacho vt hic. & de iureiuran. & si Christus. potius ergo vi
cedñs vel iconomus. Hostien. dicit Inno. sibi contrarium in
vicedomino episcopum repelli. & agēte episcopo vicedomi-
num admitti, cum tamen vicedominus censeatur eadem ꝑ-
sona cum episcopo, & faciat idem cōsistorium. de offic. vica
c. 1. lib. 6. de ap. Romana. in princi. e. li. & dicit Hostien. ꝙ agē
te vicedomino admittetur episcopus in testem: quia cā non
est ꝓprie episcopi, sed ecclesiæ. Io. An. distinguit, ꝙ aut vicedo
minus agit causam singularem mensæ episcopi & procedit
dictum Inn. & repellitur episcopus, aut causam communē
ecclesiæ, & procedit dictum Hostiē. ꝙ no. ī. c. 2. li. 6 lo. de lig.
tenet cum Hostien. indistincte: quia etiam si causa sit mensæ
episcopi, non tamen propria eius. cum non sit dominus. de
dona. c. 2. Ioan. de Fantu. dicit quod distinctio Ioan. And. po-
test procedere quo ad clericos seculares: : sed quo ad regu-
lares, qui non habent proprium, procedit dictum Hostien.
indistincte: sed huic distinctioni obstat, quia hic non repel-
luntur monachi in causa pecuniaria cuius non sunt capa-
ces, sed ne fungatur officijs incompassibilibus. & quia præsu-
muntur habere affectionem ad causam, vt dixi. Item contra
Ioan. An. est, quia per eum non habetur ratio quare repellaē
4 episcopus agente vicedomino, & non econuerso. † ideo dic,
ꝙ ideo agente vicedomino repellitur episcopus: quia causa
est propria episcopi, etiam si sit causa ecclesiæ. dicitur enim
episcopi, quia eius nomine agitur. vnde sicut si ageret episco-
pus non posset testificari, vt hic. ita idem quando agit per vi-
cedominum: quia ipse dicitur agere. argu. de præscrip. si dele-
genti. secus econtra quando agit episcopus, agit enim suo no-
mine, non vicedomini, seu vicarij. nam vicedominus potest
testificari: quia non testificatur vt vicedominus, sed vt ipse tā-
quam Ioannes vel Paulus, & nihil pertinet ad eum de causa.
Item nō est verum, quod episcopi vel vicedomini seu vicarij
sit in omnibus idem consistorium, de officio vicarij. c. 1. & 2.
5 libro sexto. † Quæro an legatarius a possit esse testis in causa
a testamenti continentis legatum. Innocen. sup. c. quoniam. ꝙ
sic: quia principaliter ad legatarium nō pertinet commodū
ex validitate testamenti: non enim sequitur, testamentum va
let, ergo legatum debetur. C. ad l. falc. l. 3. nec econuerso. C. de
libe. præter. authen. ex causa. & in eo quod dixi principaliter,
hoc dic, vt inf. alij aliter. dic, vt no. insti. de leg. §. legatarijs. &
per Bal. C. de testa. l. dictantibus, aut enim causa est inter hære
dem. & legatarium, & repellitur legatarius. aut inter hæredē
& aliū, & admittitur, si protestetur ꝙ ex suo testimonio non
intendit sibi parari commodum. Ex hoc infertur ad q. agitur
6 contra vsurarium † & ad probandum quod sit vsurarius pro
ducuntur hi a quibus extorsit vsuras. dic enim ꝙ admittētur,
cum protestatione præmissa, quod nota. in practica. videtur
tamen hæc protestatio superflua quia res īter alios acta b & c.
b dic, quod quædam sunt causæ in quibus sententia prodest
omnibus. nota. de re iudi. c. penul. qui filij sint legi. causam. &
quo ad vsurarium quod prædicti admittantur, facit, quia con
uincuntur vsurarij per coniecturam, de vsuris. cum in dioce-
si. & de protestatione præmissa, dic ꝙ saltem est vtilis ad eui-
tandum deuolutiones. & quo ad illud de legatario, quod ad-
mittatur, facit quod prædixi etiam sine protestatione: quia
causa legati est separata a testamento. quia, vt prædixi, non se-
quitur, testamentum non valet: ergo & legatum, nec ecōuer
7 so. † Quæro an venditor c possit testificari pro emptore, vel
c econuerso. Innocentius. quod non: quia secundariò agit de
iure alterutrius. Ex hoc nota, ꝙ repellitur testis cuius interest
non solum principaliter: sed etiam si secundariò in vim con-
sequentiæ: quod est sing. & intelligitur in vim consequētiæ:
ita quod sit tale ius consequēdi, quod ius competat sibi: alias
8 non dicitur tale interesse quod repellat a testimonio. vnde †
admittuntur canonici in causa ecclesiæ: vt hic, & infra codē
cum nuncius. licet aliquo modo in hoc sua intersit. hoc ple-
nius dico in dicto c. cum nuncius. Pro hoc soluuntur similes
9 quæstiones de † fideiussore d an possit testificari de cōfideius-
d sore. de socio e in causa socij. de donatore pro donatario. f de
e cedente pro cessionario: quod hic prosequor. & de vltimo in
f Specu. de procura. io si. vbi consuluit, ꝙ qui non potest proba
re nisi p vnum, cedat actiones: & ipse poterit esse alius testis,

10 quod signa. † Quæro in eo quod hic procurator non admit-
titur in testem, an sit verum generaliter. gloss. ff. de procu. l.
fin. quod sic. contrarium. de iure fisci. deferre. §. item decreue
runt. in quo varie dicitur. dic, quod aut quæritur de procura-
tore ad iudicia, aut ad negocia. Primo casu, aut quæris an pos
set esse testis contra dominum, an pro domino. Primo casu
gloss. in dicta l. fi. de testi. dicit eum admittendum: quia cessat
suspicio. idem no. glo. infra capitu. fina. libro sexto. Ion. Andr.
in Specu. eo. §. 1. ver. nunquid aduocatus. contrarium no. glo.
ff. quando appel. sit l. 2. in princi. & in d. §. item decreuerunt.
vbi dicit Bart. & hoc verius, & sic cōclusum: quia sicut domi-
nus non producitur in testem contra se: ita nec procurator:
quia sunt officia incompassibilia: vt hic in tex. iuncta glo. vlt.
11 fateor quod sicut † dominus tenetur respondere positionib
ita & procurator, & non solum in animam domini: sed etiā
propriam. C. de iudi. rem non nouam. ff. de procura. l. non so-
lum, in prin. & ibi Mar. Syl. Iac. but. & alij hoc infra capitu. 2.
libro sexto. vbi Abbas respondet iurādo in animam suam, &
illorum de collegio: sed facit contra in eo, quod ibi sindicus
monasterij interrogatur sine iuramēto: & illud procedit quā
do aduersarius vult quod principalis persona respondeat posi
tionibus; quia tunc nihilominus potest procurator interro-
gari sine iuramento ad quandā instructionem: vt ibi, sed quā
do ipse procurator respondet, procedit quod dixi, vt non so-
lum in animam domini, sed etiam suam respondeat, secun-
dum hoc optime ꝓcedit quod dicitur in §. item decreuerūt,
cum glo. notabili ibi, quod procurator non interrogatur ibi,
vt testis sed vt dominus. & hoc signa: quia scribentes nō ape-
12 riunt, & est necessarium. Si autem † pro domino, aut causa
pendente. aut finita. si pendente: aut in alia causa & potest: qa
nihil resistit. pro hoc ibi, in causis in quibus &c. ergo secus
in alijs. aut in eadem causa, & non potest, vt hic, & dicta l. fin.
eodem titu. Si vero causa est finita, aut producitur super ge-
stis in causa, in qua non fuit procurator, & admittitur,
per proxime dicta. simile in familiari, qui desijt esse familia-
ris, qui testificatur pro antiquo domino. ff. de quæsti. l. 1. §. si
seruus. aut de gestis in causa in qua fuit procurator. & dic,
idem in procuratore ad iudicia, sicut ad negotia. de † procura.
13 autem ad negocia. aut pertinet ad eum commodum, vel in-
commodum, & non admittitur. C. eod. l. in omnibus. Volo
probare quod tibi mutuaui centum per procuratorem vel
nuncium, qui dicit se portasse tibi pecuniam, nō admittitur
quia se exoneraret, tenetur enim mihi si tibi non dedit. no.
Barto. in dicto. §. item decreuerunt. & d. l. omnibus. aut non
pertinet ad eum commodum vel incommodum. & tunc,
aut pro domino, & non admittitur nisi aduersario volente, si
cut dicitur in proxeneta seu mediatore auth. de testi. §. pen. no
ta. gl. i. capitu. fina. libro sexto aut contra dominum, & admit
14 titur. per no. in dicto §. item decreuerunt † Quid de aduoca-
g to. g Cyn. C. de testi. in l. quoniam liberi. dicit idem quod in
procuratore, quod communiter tenetur. pro hoc glo. singu.
quam scribentes non nota. ff. de iure fisci. non intelligitur. §.
ciuus. quæ dicit idem iuris de vtroque. contrarium consului.
refert namque inter procuratorem & aduocatum. quia pro-
curator censetur dominus, & tanquā dominus respōdet posi
tionibus, vt in proxima quæst. secus in aduocato, qui non re-
spondet positionibus, & respondendo non præiudicaret par-
15 ti, licet † ergo aduocatus nō possint testificari ꝓ clientulo. ī.
ca. fi. lib. 6. contra ipsum tamen potest produci quo ad ea quæ
scit vt priuatus. quia nulla iura resistunt. & de ipso vera est gl.
in d. c. fi. licet enim non cogatur consulere in causa in qua est
aduocatus: ad hoc tamē possit alii cogi. C. de aduocatis diuer-
so. iudi. §. sancimus. & quod not. C. de proxi. sacro. scrini. l. 2.
li. 12. & per Bart. ff. quæ in testa. delentur. proxime. aliud tamē
in

ADDITIONES.

a An legatarius. Adde tex. iuncta glo. 1. & ibi Pau. de Cast. in l. qui testamento.
ff. de testa. glo. in l. nullus. ff. de testib. glo. & Bal. in l. de omnibus. C. de testib.
b Res inter alios acta. Adde tex in c. inter dilectos. de fi instrum. glo. in capitu.
quamuis. de reg. iur. glo. in cap. penult. de appel. & C. res inter alios acta in
rubro. & nig.
c An venditor. Adde gl. & ibi per Archi in §. fina. testes in verbo item nullus
idoneus. 4. q. 1. glo & Bar. in l. omnibus C. de testi. Bar. in l. ab executore. in §.
alio condemnato ff. de appel.
d De fide iussore. Adde Ioan. And. in addi. Specu. de iudi. deleg. in §. superest,
ver. sed nunquid fideiussor. Ang. in l. si ab executore. in §. 1. ff. de appel. Ang.
consi. 295. incip. visis attestationibus. Alex de Imo. consi. 78. incip. in causa &
lite vertente inter Bartholomæum, in primo vol.
e De socio. Adde gl. in l. quoniam liberi. C. de testi. Inno in c. quoniam. sup. eo.
Ioan. And. in addi. Spec. tit. de teste. in §. 1. versi. sed nunquid socius. glo. in l.
nullus. ff. de testib.
f De donatore pro donatario. Adde Saly. in l. & si a test. in fi. C. ad legem Cor-
nel. de fals.
g Quid de aduocato. Adde glo. v. in cap. fina. de test. lib. 6. glo. fina. in capitu. ita
nos tecum. 2. quæst. 6. Alexan. de Imo. consi. 134. incipien. in causa. & lite ver-
tente inter Albertinum in 2. volum.

in testificatione,possunt enim alii consultores inueniri, non
sic alij testes.si.d.de indice & teste.nota.de offi.deleg.cum R.
in glo.2.de his autem quæ scit,vt aduocatus,quæ pars sibi re-
uelauit,non tenetur testificari, sicut nec sacerdos quæ scit in
confessione.nota.Innocen.de pœnit. & remis.c.omnis.& est
16 singulare.Item pœna falsi est † aduocato si prædicta reuelat.
ff.de falsis.l.1.§.15,qui.& si dicas, cessabit pœna:quia ad man-
datum iudicis deponet,dic, quod mandatum hoc non excu-
sat in illicitis.de temp.ord.ad aures.regula ea quæ.libro sexto
Item pro hoc destrueretur officium aduocatorum. & licet
hoc sit nouum:est tamē valde vtile.& si dicas, quod deberet
remoueri ab aduocando, sicut iudex a iudicando infra eodē
dilecto.dic aliud in iudice,qui non potest esse testis & iudex:
aliud in aduocato.quod non inuenitur prohibitum.

SVMMARIVM.

1 *Innouata post appellationem ab interlocutoria, vel grauamine, reuo-
cantur tanquam indebite attentata.*
2 *Agenti quando incumbat probatio defectus tituli.*
3 *Causa dicitur criminalis, quando pœna, etiam pecuniaria applicatur,
fisco.*
4 *Exceptio & probatio contra testes regulariter differtur post publica-
tionem.*
5 *Probationes ad vnum effectum non sufficiunt ad fortiorem.*
6 *Appellatio sequens non impedit effectum excommunicationis.*
7 *Grauatus quis non dicitur si reijciuntur exceptiones, nisi ex causis in
ea expressis.*

EX parte. A Famosa & difficilis,& hoc di
cit secundū aliquos.exceptio
contra testes post publicationem attestationum
proponenda est:hæc summatio con procedit,per
c.præsentium,infra eod.vbi ante publicationem proponitur,
licet postea probetur.Item non est consona literæ.vel sic:pro
batio exceptionis contra testes differri potest post publicatio
nem attestationum,secundum Ioā.And. hoc non colligitur
hic:quia non dicitur de publicatione, sed colligitur ex gloss.
huius.vel sic,exceptione proposita contra testes, & nō admis
sa,ex hoc appellatur,& in causa appellationis de ipsa cogno-
sci debebit.hoc dicit quo ad terminum. hæc tamen summa-
tio non tangit difficultates c.de quibus infra secundum quas
posset variari summarium,sed nō pertinerent ad terminum.
Primo ponitur quærela præsbyteri. Secundo dat iudices:ibi,
mandamus.Prima diuiditur in quinque.Primo præsbyter q̄
relando iustificat causam principalem. Secūdo narrat forma
rescripti contra se impetrati.ibi, nullis. Tertio narrat proces-
sum ex vi secutum.ibi, tandem. Quarto sententiam latam p
illud,ibi.eidem absenti. Quinto id quod euenit post sentētiā.
ibi.quam nunc.Secunda principalis in tres.Primo instruit iu
dices, si narrata per præsbyterum sunt vera. Secundo si non
sunt vera.ibi,si vero.Tertio submittit clausulam consuetam
circa testes.ibi,testes. Nota in ver. mandamus quod innoua-
1 ta † post appellationem ab interlocutoria vel grauamine re-
uocantur tanquam indebite attentata:vt lit.ꝓpen.c.fi.infra eo-
dem cum venisset.vbi priuilegium lit.pen. impetratum,non
valet,& idem hic de literis confirmationis:immo plus,quod
etiam diffinitiua post appellationem lata retractatur tanquā
attentatum.quod forte alibi non æque probatur. Item illam
clausulam,testes autem &c.quæ regulariter apponitur in re-
scriptis.fallit in 16.casibus de quibus in Specu.co.§.de testiū.
ver.illud autem.In glo.1.ibi,parochianus vel patronus. Nota
glo.ad quam quotidie remittitur pro hoc quod no.de accu.
qualiter,el 2.in gloss.in fin. de non parochiano autem vel pa-
trono, Damasius disputando dixit cum non admittēdum.&
ad hoc c.respondet quod non dicitur pro vel contra quia nō
fuit oppositum.& per hanc glo.Fede.consilio 98.dicit quod
2 † parochianus a potest agere contra rectorem ecclesiæ corā
a episcopo,vt doceat de titulo, nisi constet eum institutum ab
ordinario : tunc enim agenti incumbit probatio defectus ti-
tuli.In glo.4.ibi,ciuiliter agebat.vt remoueretur. Nota gloss.
singulariter,quod cum agitur contra beneficiatum vt priue-
3 tur,dicitur agi ciuiliter:contra †, quando pœna etiam pecu-
niaria applicatur fisco,causa est criminalis. insti.de iniurian.
§.in summa.not.Innocen. de accusa. qualiter.el secūdo.dico
de præsump.literas.hic autem beneficium applicabitur fisco
& ecclesia,dic,quod immo nō applicabitur : sed vacabit:nec
poterit episcopus sibi retinere, sed debet alium instituere.vel
secundum Innocen.ad id quod dicit glo. q̄ cā erat ciuilis.dic
idem si criminalis,vt admittatur procurator,non ad totam li
tem,sed ad certum articulum : vt ꝓductionē testiū, vel qd si-
mile.q̄ non ꝓcedit quo ad ꝓcuratorē legitimū q defendit al
legando causas causæ,sicut eū repellit a tota cā̄sa a par te.ar.
de of.dele.pastoralis,§.nē cū totū.dico de accu.veniens. In gl.
huius modi ibi,post receptionem. contra facit litera ibi,reci-
piendus,nisi exponas cum effectu, idest non dandam eis fidē
4 In fi.e.glo. Ex hac gloss.infertur.q̄ † exceptio & probatio cō-
tra testes regulariter differtur post publicationē.fallit in duo-
bus casibus positis in glo.& clarius ℸ.c.cum causam. in gloss.
1.additur tertius in excommunicatione ꝓp periculum com-
munionis.de sen.excommu.decernimus.li.6. in Spec.e.titu.
§.1.ver sed quid si dicitur testis excommunicatus. & duobus
sequentibus.in hoc tamen sunt variæ opin.& dic,q̄ ad authē.
si testis, de qua in glos. & in corpore vnde sumitur,solet dici,
q̄ sup exceptionibus ꝫ testes non expedit q̄ statim iudicetur,
nisi in duobus casibus ibi exceptis, vt si oponatur testi q̄ est
odiosus,quia causam criminalem habet cum eo contra quē
producitur, vel q̄ est seruus. & ipse dicit se libertum.quibus
casibus statim de eis iudicatur,extra hos. casus seruatur in tē
pus disputationis,quod tamen necessario intelligēdum quo
ad iudicandum super eis:sed non apparet quare excipiaut cō
tra testes,& eius probatio non statim admittatur, cum volen
ti probare mos gerendus sit. & est morem gerere, idest su sti-
nere mores illius, seu sibi complacere si ergo iudex non ad-
mittit,sed reseruat,videtur grauare.dic tamen,q̄ cum non sit
iure expressum quod teneatur statim admittere ꝓbationes,
ideo secundum Io.An.dic, q̄ exceptio statim est audienda ℸ.
c.p̄sentium. & si non admittitur potest appellari.sed si offert
probatio,in arbitrio iudicis est statim admittere, vel differre,
nisi in casibus exceptis quos præmisi. & si admittit proba-
tiones,non grauat,ex quo ille vult.si differt etiam nō grauat,
forte eñ testes ꝫ quos excipit nihil probabunt.similiter non
grauat aduersarium recipiendo testes eius dilata reprobatio-
ne quia complacet illi. Item recipiendo reprobationes non
grauat:quia si reprobabit testes eius vtile est sibi non produ-
xisse.in hoc autem arbitrio considerabit iudex an excipiens
sit suspectus:& differet.item quod sit maius periculum, an re
ferre,an recipere:& quia periculum est in excommunicatio
ne,statim recipiet:vt ℸ.ex his.& ex glo. dic,quod aut datus est
terminus ad producendum probatorios & reprobatorios:&
statim admittitur reprobatio s̄.ti.1.licet,aut datus est termi-
nus solum ad probandum ; & aut opponuntur exceptiones I
tribus casibus sup.exceptis vel aliquo eorum. & idem,per præ
dicta.aut alias exceptiones,& tunc aut excipiens non offert ꝓ
bationes, & non cogitur probare ante aperturam testium ℸ.
ca.præsentium.aut offert:& tūc exceptio debet statim admit
ti,sed probationes potest iudex statim admittere secundum
prædicta.in fine.glossa argumen. contra. dic, vt de appella.nō
solum,libro sexto.In gloss.ad hanc.ibi, cum idest.dic idem si
se non obtulisset, ex quo appellatum erat a sententia. pro
hoc quod nota.in capitulo. denique infra allega.In fine glos.
ibi,saltem per obliquum. nota gloss. singulariter, & dic,quod
dicitur peremptoria p obliquū,qa si reijciuntur testes,& is q
ꝓduxit aliunde nō probet,succumbit. dr̄ aūt peremptoria non
directe:qa iste pōt aliter probare:ibi,vnde nō sunt contraria.
glo.c.hæc differentia inter dilatorias & peremptorias nō pro
cedit.nam.c.interposita. loquitur indistincte. & in eo q̄ glos.
sentit,quod ratio diuersitatis sit propter maius præiudicium
quod imminet in peremptorijs.hoc tamen non vrget quam
uis enim reiectio probationum iustificet appellationem: nō
tamen sufficit ad obtinendum in causa:vt si opposui pactum
de non petendo,& obtuli probationes quæ fuerunt reiectæ
hoc probabo,licet iustificetur appellatio,vt iudex ad quē co-
gnoscat de præsenti,non propterea absoluor,nisi vere probē
de pacto,no. Archi.de appella.Roma.libro sexto. Ioā. mona.
5 eodem titulo non solum, quod signa pro hoc:quia † pro
bationes ad vnum effectum non sufficiunt ad fortiorem ℸ.c.
ueniens el 2.& sic cessat ratio dictæ glo. Dic ergo,quod quo
ad hoc non refert inter dilatorias,& peremptorias:quia etiā
in dilatorijs,reiectio probationum, licet iustificet probatio-
nem,non tamen facit quod in causa appellationis censeatur
probata exceptio. In eadem gloss. ibi, præterea,hic colligitur
secunda solutio,quod quia post appellationem lata fuit sen-
tentia per iudices primos,non sufficit reiectio probationum
vt retractetur sententia, nisi doceatur de veritate exceptio-
num,secus si sententia lata non fuisset,& ex hoc multum re-
stringitur c.interposita,sed hoc non procedit,nam si appella
tio præsbyteri fuit legitima,innouata post appellationē sunt
nulla,tanquam facta a non iudice, ut nota.hic Ioan. Andrea
per multas rationes, ut non sit in hoc differentia, an an-
te sententiam,an post appelletur, ad reuocandum attentata.
nisi in hoc,quia quando snia, retractantur, non post consti-
to quod appellatio sit legitima:secus quando ante sententiā
de appel.non solum.lib.6 & hoc,quia excōicatio lata post ap
pellationem ab interlocutoria est nulla.de offic. deleg. cum
olim.1.& c.cum contingat.de appella.dilecti.1.& 2. [illegible]

ADDITIO.

a Parochianus. Adde Ant.de Butrio c.ex frequentib. [illegible]

ret ratio quare non idem in alia sententia,& vtroque casu su-
beit cadē ratio: scilicet defectus iurisdictionis iudicis a quo:
6 immo fortior in alijs: quia † appellatio sequens non impedit
effectum excommunicationis.de appel.pastoralis. sed aliarū
sententiarum sic.vt ibi.pro hoc de senten.excom. licet. lib.6.
cum ibi nota,& quod innouata post appellationem ab inter-
locutoria sint nulla,probatur aperte de offi. deleg.super quæ
stionum.in fine.In fin.e.glo. ex dictis s.tollitur vtraque solu.
de qua in gl.Tertio soluit Gof. q presbyter hic probabit verita-
tem grauaminis eo ipso q docebit se obtulisse probaturum, &
non fuisse admissum,& sic statur cōtra.c.a. interposita.sed hoc
videtur cōtra hanc literam ibi,non fuerit legitime &c. q vult qd
probetur illos testes fuisse minus legitimos. dicit Gof. q iste se
ad hoc astrinxit,q est diuinare,Guil.naso sol.Quarto q presby-
ter hic grauatur in vno:q a probare cōtra.c.interposita.sed in alio re
leuatur:quia non auditur aduersarius volens probare contrariū:
immo defenditur presbyter in possessione beneficij,hoc non
procedit:q a immo audiretur aduersarius volens probare contra-
riū.j.c.licet.Quinto soluit Io.An.q tēpore huius c.non ema
nauerat.c.interposita.q patet p authores vtriusq;. ex hoc sen
tit q istud c. sit correctū,& sic cō s.in procemio.Sexto soluitꝛ
q licet appelletur ob reiectas exceptiones,nō sufficit ad iusti-
ficandū appellationē,nisi appelletur a reiectione probationum
pro hoc facit q no.de ιo.cle.vna in gl.magna.in principio.quę
sentit,q si iudex reijcit appellationem tanq̄ friuolā, oportet
a reiectione appellare,alias teneret pronunciatio iudicis, & ap-
pellans haberetur pro cōtumace: q est singulare.p hoc q dico
de accu.ad petitionem,de of.dele.prudentiā,vbi p Inn & hoc
dic,q licet presbyter appellauerit, & probationes obtulerit,&
fuerint reiectæ; non tñ apparet q a reiectione appellauerit.cō
7 hoc est: quia † non dicitur quis grauatus si reijciuntur exce-
ptiones,nisi sint veræ.de of.deleg.cum cōtingat.ergo etiam re
iectio probationum non grauat,nisi exceptiones sint veræ.pro
hoc est q dixi s.glo.huius. Aut exceptiones sunt manifeste,
falsæ,& procedit c. cū cōtingat.vt non audiatur volens probare,
& si reijcitur a probatione oblata non ex hoc iustificatur appel
latio.aut exceptiones nō sunt manifeste falsæ, sed probabiles,
& procedit c. interposita.qd videtur hic sentire Lap.præmittē-
do q nunc dixi, q non reiectio exceptionum, sed probationū
iustificat appellationem:immo consulunt, q solum appellet
a reiectione probationū.quia ēt si exceptio non sit legitima:ta-
men solum reiectio iustificat appellationem;sed obstat q di-
xi per c.cum contingat. nisi intelligas vt statim subijciā.Au-
diui quendam egregium virum aliter dicentem,q oblatio p
bationum reiecta est grauamen sufficiens ad iustificandam
appellationem ad effectum vt deuoluat, non ad effectum vt
reuocentur attentata;nisi probetur veritas exceptionum: quod
non procedit;quia,eo ipso q appellatio deuoluitur,infertur,
q est legitima.de appel. cum appellationibus. li.6.vbi in casu
illius c.cum iudex desert, licet fuerit appellatum non legiti-
me,quo tamen casu etiam habetur pro legitima;vt ibi.si er-
go appellatio censetur legitima, ergo iurisdictio primi iudi-
cis deuoluitur ad iudicem ad quem.de of.delega.pastoralis.§.
quia vero.& sic processus primi iudicis non tenet:immo est
nullus,secundum ea,quæ s. dixi.pro hoc facit q no.Inn.in d.
c.interposita,vbi dicit,q appellatio iustificata ex reiectione p
bationis oblata inducit reuocationem attentatorum,per prę
dicta tolluntur proxime dicta:non tamen tollitur quod dixi,q
hic non apparet q a reiectione fuerit appellatum. sed illi sol.
obstat dictum c.cum contingat.inductum vt s.& dic,q quia
hic respectu illarum probationū cō testes erat in arbitrio iudi-
cis an statim admitteret vel differret post aperturam:vt dixi ī
gl.huiusmodi exceptiones.iō hic non admittendo non gra-
uauit: ideo hoc non sufficit ad iustificandam appellationem:
secus in alijs exceptionibus in quibus non est in arbitrio iudi
cis admittere vel differre;tunc enim non admittendo grauat
& ex hoc iustificatur appellatio.de appel, interposita.Soluūt
aliqui,q c.interposita, procedit qñ probationes realiter offe-
quod probetur accusatio, cui finiendæ poterit assignari ter-
minus per iudicem. argumentum, de restitutione spolia, c. 1.
lib. 6. hoc videtur contra hanc literam, quæ dicit hunc indi-
stincte repelli a testimonio. vnde verius videtur quod statue-
tur terminus ad finiendam accusationem, & differetur rece-
ptio. si tamen vis saluare, Ioan. Andre. dic, quod testis non dicitur
recipi cum effectu nisi quando per iudicem admittitur dictũ
3 eius tanquã idonei. Oppo. in eo quod parificantur † accusatio,
ordo, & testimonium, aliquis enim admittitur ad accusandũ
qui non admittitur ad testicandum, nec ad ordines. de accusa
tioni. cum P. Solutio non per omnia parificantur: vt dicit In
nocentius, de accusatio. inquisitionis, de hoc. 2. q. 7. ipsi apo-
stoli. dic quod parificantur quo ad id de quo hic, subest enim
identitas rationis, quia sicut ordinandus, vel accusator
debet esse sine suspicione criminis, ita & testis inductus su-
per crimine.

ADDITIO.

a De hac dictione. Adde glos in de. 1. de vsu. Rapha. Cu. consi. 112. incipien. c. uis quidam Florentinus legauit. in 1. colum.

De testibus cogendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Testes in causa matrimoniali sunt cogendi.*
Veritatem tacere est mortale.

1 CAusam. † In causa matrimoniali cogē-
di sunt testes. cōis diuisio. 2. ibi,
deoq;. in gl. 2. ibi in fine. Oppono qđ non so-
lum testes qui se subtrahunt: sed & alij sint
cogendi ad testimonium, cū † tacere verita-
tē si mortale: * vt in gl. præcedenti. Sol. vario
* modo in hoc distinguitur, quđ dic vt J. c. dilectus.

ADDITIO.

Mortale. vi. S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 4. quem ad hoc citat Nauar. in Enchi. c. 25. nu. 40. & ut inf. hoc tit. c. dilectorum. nu. 3. · S. S.

SVMMARIVM.

1 *Terminus vnus dari potest ad omnia compatibilia.*
2 *Papæ iudicium omnes sequi debent.*

Cum super. Per suspēsionis, excōicationis, & depo-
sitionis sñias cogendi sunt testes: Pri-
mo præcipit. secundo punit, ibi, si vero. Tertio pęnam aggra
uat. ibi, & si. In gl. 3. ibi plures citationes, cum varijs terminis
successiue datis. vt hic, ad vnum aūt terminum. No. pro hoc
quod no. de offi. deleg. consuluit. nisi essent aliqua pluta com
3 patibilia: qa tunc † ad omia posset dari vnus terminus: vt no.
ff. de re iudicata, l. a. vbi Bart. maxime. in q. 2. & signa gl. quia
singularis, & quotidie allegaī ad hoc. In gl. vltima, ibi, sacro.
No. glo. & de hoc plenius de officio delegati c. P. & G. Quidā
dicunt vt Hostiensis, quod aut excōicatio, est a Papa, & proce
dit gl. aut ab alio, & tunc aut est impedimentum necessitatis,
& procedit gl. aut incommoditatis, & requiritur uera absolu
2 tio. dic, φ non refert inter Papam, & alium, nam † ut ipse iu-
dicat, debēt, & cæteri iudicare, de re iudicata. in causis, sed se-
cunda pars. d. est uera. quod aut fuit præcise impeditus, & pro
cedit gl. aut non præcise, & requiritur uera absolutio. de hoc
4. questione, 5. ca. 1. & dicto ca. P. & G.

SVMMARIVM.

1 *Notorium non indiget probatione.*
2 *Contractus ut plurimum non sunt notorii.*
3 *Interessentia sufficit in teste pro causa scientiæ.*

Super eo. In causa criminali non coguntur testes, ne
timore partis impediantur testificari. cōis
diuisio. ibi, cōsul. & ibi primo dictū, secundo exceptio. ibi, ni-
1 si. Tertio antipophora. ibi, licet. † No. φ notorium non indi
a get probatione. a de iureiur. ad nostram, 2. liē ibi negauerit, φ
per negationem res efficitur dubia, & quod dicit factū, dicit
2 Inn. 1. delictū, ɔ̄ctus † enim ut plurimum non sunt notorij,
pro hoc facit quod nota. de cohabi. clerici. nostra. Item
3 ibi, interfuerint, φ si testis † interrogatus de cā sciētiæ, dicit,
quia interfuit, sufficit, & ad hoc no. istam literam, quod suffi-
cit sic dicere, non facta distinct. de quo sensu deponat vt si in-
terrogatus an uinum uenditum fuerit dulce. dicit φ sic, quia
interfuit, intelligitur φ de uino illo gustauit.

ADDITIO.

a Notorium non indiget probatione. Adde c. euidentia. de accu. gl. in versi. ceperint. in c. bonæ. el 1. de ele. gl. in c. cum in dyocesi. de vsur. & ibi doc. Ab. in c. cum non ab homine. in 11. col de iudi. Abb. in cle. potestati. de cēsi. Alex. de Imola consi. 109. incipit. viso processu causæ vertentis, in 4. volumine.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum appellatione continentur testes.*
2 *Probationes aduersario subtrahens dicitur authoritatem iudicis eludere.*
3 *Testis quem aduersarius subtrahit habetur pro producto.*

PEruenit. Testis compellitur detegere frau-
dem eius qui copiam probationū
subtrahit aduersario. primo factum. secundo in-
1 structio iudicum, ibi, nos † Nota φ appellatione
b instrumentorum b continentur testes, ff. de fid. instru. l. 1. de
2 uerbo. significa. instrumentorum. † Item, quod qui subtra-
hit probationes aduersario, dicitur eludere authoritatem iu
dicis, & præsumitur contra eum. ut in glos. 3. Vbi quæro an
hoc ipso debeat perdere causam. Phi. quod non contrarium
no. Inno. 3. tit. 1. intimauit. facit quod supra ti. 1. cum causam,
in glos. antepenul. & hic in glo. ulti. in eo. quod dicit, φ testis
3 † quem aduersarius subtrahit, habetur pro producto, & sic ac
si deposuisset pro aduersario. dic, φ si quis subtrahit instru-
mentum, creditur iuramento eius qui uolebat producere,
uel defertur ei arbitrio boni uiri. C. unde ui. l. si quando. de p
ba. si de possessione. ubi Cy. quod niet. cau. ca. fi. sic enim ui-
detur si aduersarius subtrahat testem meum, mihi deferatur
iuramentum arbitrio iudicis, quasi testis habeatur pro pro
ducto, secundum prædicta quod no. In gl. fi. ibi, pro producto.
de hoc dic vt proxi. dixi. ibi, & nihilominus super principali.
hic intellectus est bonus, nec litera contradicit. præcedens ta
men melior, secundum proxime dicta, non expedit enim p-
ducere iterum, cum habeatur pro producto.

ADDITIO.

a Appellatione instrumentorum. Adde Io. And. in addi. Spe. in titu. de instru. edit. in §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Responsio generalis, quandoque datur ad quæstionem specialem.*
2 *Iniuria clerici censetur res ecclesiastica, & quare.*

REruenit. Super iniuria clerici coguntur te-
stes. communis diuisio. ibi, consul.
1 pars de sen. excom. peruenit. † No. φ quandoque
ad quæstionem specialem datur responsio gene-
ralis. Quærebatur enim an super iniuria clericorum essent
cogendi testes. & responderur φ coguntur super rebus eccle
siasticis. de hoc in glo. In glo. ibi, negare videtur, ecclesiastici
compelluntur fortius super personis ecclesiasticis: quia per
prius priuilegiatę sunt personæ. de fo. comp. si diligenti. de vi
ta & honest. cler. cap. fi. ibi, vel dic. hæc vera, & fuit addi. tem-
pore Inn. ibi, ordini clericali. sed semper intelligitur facta or
dini cum fit personæ clericali. de sen. excom. contingit. el 1. ex
2 his, & ex gl. no. φ iniuria † clerici a censetur res ecclesiastica.
a & φ verbum rei est generale, & comprehendit ius agendi,
dicitur enim iniuria clerici ideo res ecclesiastica: quia eccle-
siæ pro hoc competit actio rōne psonæ læsæ 11. q. 1. §. ex his,
& de verb. signifi. super quibusdam.

ADDITIO.

a Iniuria clerici Adde Bar. in l. 1. in §. honorandæ. ff. qua. re. act. non datur.

Cæterum. Super consanguinitate probanda cogun
tur testes in causa matrimoniali.

SVMMARIVM.

1 *Reipublica interest, ne in crimina maneant impunita.*
2 *Attestationes receptæ coram ordinario sufficiunt coram delegato inter eosdem.*
3 *Coniuges non possunt seinuicem dimittere sine iudicio ecclesiæ.*
4 *Infamis non repellitur a denunciando.*
5 *Infamia non tollitur per assumptionem officij.*
6 *Testis indistincte an possit se incontinenti corrigere.*
7 *Variare, contradicere, & vacillare, quid sint.*
8 *Testis non potest se ex interuallo corrigere.*

PRæterea. Testes synodales qui coram ordinario de-
posuerunt, non debent compelli corā alio
iudice per iuramentum deponere. hoc primo. & hi propter
superuenientem infamiam compelluntur, non propter præ
cedentem. hoc secundo. Testis potest incontinenti corrige-
re dictum suum. habet tria dicta. Secundum ibi, huiusmodi.
Tertium ibi, quorum. In gl. 1. in fi. & dicuntur publici, vt in
litera: quia in publico synodo constituuntur: vel quia seruiūt
1 publicæ vtilitati, cuius inter est † ne crimina maneāt impuni
ta. de sen. excom. vt famæ. In gl. 2. ibi, officio. vult ergo gl. φ p
iuramentum præstitum tempore assumpti officij deponūt.
quod etiam sentit Inn. dicens, φ præsentant officium non te
stium, sed officialiū vel denunciatoris. Aliū ēt intellectū po-
nit Inn. φ isti iurauerūt qñ deposuerūt testimoniū corā ordi
nario. vñ non debēt postea ɔpelli in publico ferre testimoniū
sup eo negocio qñ alij nō inueniuntur. vult ergo Inn. φ iura
mentū qđ pstant tpe assumpti officij nō excusat quin tenea-
tur iurare qñ deponunt, vt si dicam qđ ex hoc vr̄ primū iura
mentum superfluum: dic φ immo non superfluū. pstatur. n.
vt pro his psumatur quantū ad exercitiū gñale sup suo offi-
cio: sed qñ emergit cā spālis, quæ ventilatur iudicialiter dēnt
iterū iurare, cū deponūt sup illa, & hic intellectus melius cō
uenit literæ ibi, sup cā matrimonii corā te, &c. tñ ēt primus
saluari pōt. Tertiū illectū posuit Gof. itelligēdo hic sm id qđ
dr̄ s. ti. j. c. psentatā. & c. cū cā. in fi. vbi daī optio an stēt primę
depositioni, an iterū pducātur. qđ non pcedit: quia hic non
dat optio. In fi. gl. in hoc gl. facit p eo qđ dixi sup gl. pced. &
pōt esse sensus literæ, φ tpe quo assumunī, iurāt fideliter offi
ciū exercere. & si postea ɔtingit φ deponāt testimoniū, non
expedit φ amplius iurēt. & hoc vult hæc gl. excipit litera ca-
sū, qñ cā vertit corā delegato, nec poterit sibi fieri fides aliter,
& tūc cogūtur iurare, vt in litera. &: pōt intelligi φ nō pote-
2 rat fieri fides delegato: † qa attestationes primo receptæ corā
ordinario nō poterāt fieri: nā si possent fieri, sufficerēt corā
delegato inter easdē psonas. Quæro, an oporteat φ isti testes
synodales pmoneāt anteq̄ deponāt sup īpedimēto matrimo
3 nij. Spe. ti. q mat. ac. pos. in fi. φ nō: qa † ɔiuges nō pñt se inui-
cē dimittere sine iudicio ecclesiæ. qđ signa. In gl. no. ergo. in
fi. Op. φ pp infamiā postea ɔ̄ctā isti nō debeāt repelli, cū pp
4 infamia † qs nō repellatur a denunciando 2. q. 1. si peccauerit
Sol. aliud in denūciatione, ad quā qlibet admittitur nō pse-
uerās in crimine s. ti. 1. in oī. aliud in testimonio, a quo infa-
mes repellutur s. ti. 1. testimoniū. Opp. p ɔ̄riū, φ isti dēant re-
pelli

5 pelli propter infamiam etiam præcedentem: † non enim tol
lit per assumptionem officij.2.q.3.§.hinc colligit.Sol.vt̄ sal-
tem sublata,cum est dispensatū,qd̄ semel approbat̄ amplius
non reprobatur,nisi ex causa noua.32.q.5.horrendum. Host.
tamen distinguit,an infamia esse manifesta tempore assum-
ptionis,& procedit hoc quasi videatur dispēsatum,an occul
ta.tunc secus,videtur enim imputandum eis qui tacuerunt
tempore assumptionis,de corpo.vitiati.c expoluisti.Io.And.
dicit hic non probari quod testes synodales propter præce-
dens delictum non possunt remoueri ab officio:sed,ꝙ in offi
cio manentes non repelluntur a testimonio, & hoc verius,
non attenta distinctione præmissa,an infamia sit occulta,vel
manifesta,cum hic indistincte loquatur.ex hoc habes casum
in quo infamia non repellit a testimonio,quod est.qa isti nō
sunt proprie testes,sed officiales,& valent gesta ratione publi
ci officij,donec tollerantur in officio.In fi.gl.vlt.ibi enim lo-
quitur de alienatione facta indebite per prælatum,quam ipse
reuocat,& eius successoris etiam ex interuallo, est enim hic
alius casus,cum quæritur de alienatione rei,& an quis possit
venire contra factum suum.de hoc de rebus ecclesiæ nō alie
nandis,si quis,in eo autem,ꝙ gl.ponit s̄.duplicem intellectū.
versi.incontinēti,primus videtur verior.i.anteq̄ loquatur par
tibus,& idem Inn.quia postea timetur subornatio:vt in glo.
pro hoc s̄.ti.t.sicut,& licet ibi loquatur quando post publica
tionem,dicit contrarium eius,quod primo dixit.idem tamē
6 & ante publicationem,si ex interuallo:vt hic.† Quæro an in-
distincte possit testis se corrigere incontinenti.i. anteq̄ rece-
dat a conspectu iudicis.Inno.ꝙ non,sed attēditur modus cor
rectionis,de accu.cum dilecti,& an se corrigendo variet, vel
vacillet,vel sit sibi contrarius,arg.de testib.c.de testibus,& c.
7 tu.& l.qui falso.Quæro tunc † quid est variare,quid contra-
dicere:quid vacillare,dicit Inno.quod variare dr̄ qui primo
dicit vnum deinde contrarium,nulla assignata causa variatio
nis:contradicere dicitur qui semel dicit duo incompatibilia,
vt se interfuisse contractui,& se ea die fuisse alibi in loco in-
compatibili:vacillare dr̄ qui dubitādo,& tremēdo loquitur,
& q varie loquitur ff.de fal.l.eos & l.qui falso,& horum om-
nium testimonium non valet.C.de testib.l.nullum.Inno. de
hoc in Spec.de teste.§.1.versic.item quod testis,not.de cleri.
excom.c.apostolicę,Quæro,si testis ex interuallo se corrigit,
8 † dic,ꝙ non potest,vt hic,& sic stabit primo dicto.dicit tn̄ In
no ꝙ primum debilitat̄,qd̄ signa,& hoc ēt dixi s̄.ti.t. veniēs,
el 2.Quid si testis incontinenti addit dicto suo:dicit Inno. ꝙ
creditur,sed minus,in Anth.eodem.§.quia vero.

SVMMARIVM.

1 *Testes quando cogantur.*

1 **Super his.** † Super vitio falsi,& super fama electi, cū
per inquisitionem proceditur,coguntur
testes,decisa consultatio,& responsio ibi,cæterum.In gl.vlti.
vel secundum Inn.quia delictum,fuit commissum lite pen.
ideo fauore iudicum,ne illudatur suæ iurisdictioni, coguntur
testes,arg.de iudi.si prętor,quod no.

SVMMARIVM.

1 *Testes coguntur in crimine falsi literarum Papę.*

1 **Cum contra.** † In crimine falsi literatū
Papæ coguntur testes com
munis diuisio.ibi,nos.In gl.ibi si qn̄,vbi gl.etiam
dicit in criminibus testes cogēdos,pro hoc,s̄. eo.
sup c.vbi indistincte dr̄,ꝙ de iure ciuili coguntur,de iure aūt
canonico quid iuris,dicitur in c.seq.vbi exponitur hoc c.

SVMMARIVM.

1 *Compelliq̄ qui possint ad testimonium.*
2 *Personę priuilegiatæ non compelluntur ad testimonium.*
3 *Mediatores non coguntur nec admittuntur ad testimonium,nisi de cō*
sensu vtriusque partis.
4 *Effectū vt sui actus habeant quilibet affectat.*
5 *Veritatem tacens committit mortale.*
6 *Clerici quo casu non cogantur testificari*
7 *Testimonium dicere quando quis indistincte compellatur.*

Dilectorum. In criminibus testes nō cōpel
luntur:primo ponit factū, secū-
do mandatū cū inclusa exceptione,ibi,testes,& 3.
decidit,ꝙ eps̄ recōuenit capitulū,& fuit lis ꝯtest.
cora Papa,q ꝯmisit causam iudicibus,q dubitarūt de modo co
gēdi testes.ad qd̄ uidet in gl.hæc gl tractās de cōpulsione, di
stinguit inter cām ciuilē,& criminalē.scd̄m mēbrū ibi,in cri
minibus,Tertio ponit ad vltimū,ibi,ꝯtū,& soluit ibi,sed ibi.
Quarto ibi,sup hoc,distinguit vltimū mēbrū de criminibus.
Quinto ꝯ distinctionē opponit ibi,sed hinc.& ꝓsequitur ī hoc
q̄ plures particulas.deinde ibi,dicas,respōdet ꝯtrijs quibusdam
opi.Tancr.& Vin.deinde ponit ꝯriā opi.ibi alij.& est illa opi.
de qua s̄ i gl.ibi,sup hoc,deinde ꝓsequitur intellectū huius c.ibi
dic,& qd̄ refert.circa hoc c.q̄ olim dicebant,& q̄ improbat
deinde ibi,sed magis,ꝯcludit.vltimo ibi Inn.ponit opi.Inno.
& fuit additio.Hūc aūt titulū magis ordinate q̄ gl.ꝓseqnēdo
1 dic,† ꝙ aut sumus in ciuili, aut agit̄ de crimine.primo casu,
aut est ꝑsona nō priuilegiata,& indistincte ꝯpellitur ad testi-
monium,C.e.si qn̄.& hic s̄.c.2.& 3.& per totum,hoc tn̄ c.&
q̄ plura alia huius ti.vident̄ velle,ꝙ ēt in ciuili nō cōpellātur
nisi qn̄ se subtrahunt,s̄.c.1 & c.ꝑuenit,el 2.& c.cęterū qn̄ ali-
ter veritas haberi nō pōt,& hoc sentit gl.hic in prin.& in fin.
sed dic quod eoipso quod monitus non venit ad testifi-
candū,nec allegat cām rōnabilē,ꝓsumitur se subtrahere,ces-
sante priuilegio,& hoc vult gl.in prin.ibi,vnde monitione ꝑ
missa,&c.si tn̄ iudex videret numerū testium ꝓductorū suf-
ficere,nō cōpelleret alios,nisi forte diceret̄ qd̄ melius scirēt
veritatem,& sic in effectu nō compellunt̄,nisi qn̄ se subtra-
hunt gratia odio,vel timore,vel qn̄ necessarium est eorum
2 testimoniū.Aut est ꝑsona priuilegiata,† & de his 4.q.3.§.in
criminali.ver.item l.Iulia,& duobus seq.& versi.item inuiti.
& tribus seq & de his dicit Io.Cal.ꝙ non cōpelluntur,sed vo
lentes admittuntur,3.q.5.§ 1.& hoc scd̄m leges,at scd̄m iu-
ra canonica distinguit,aut pōt aliter haberi veritas, & nō cō-
pelluntur,aut nō pōt aliter haberi,& compelluntur ēt priui
legiati,dic,ꝙ si se subtrahunt odio gratia,vel timore, cogun-
tur:vt hic,& s̄.c.1.& c.ꝑuenit,2.sed dicenti,ꝙ se subtrahunt
incūbit ꝓbatio.alias.n.præsumuntur hoc facere innitētes pri
uilegio,& in hoc erit differentia inter priuilegiatos,& nō pri
uilegiatos:quia nō priuilegiati eoipso ꝙ non veniunt nec al-
legant causam ꝓsumuntur se subtrahere,s̄.eodē,c.1.In gl. in
fi.& c.sup eo.in gl.fi.& hic in prin.glo.priuilegiatus aūt non
vr̄ se subtrahere,nisi aliter ꝯstet,sed innititur priuilegio.Aut
3 non se subtrahūt:& tunc sunt aut de mediatoribus, † & isti
non coguntur,immo nec admittuntur,nisi de ꝯsensu vtrius-
que partis:vt eo.§.qm̄.qui.vt dicit hic gl. loquitur de media-
toribus,& quod dixi,ꝙ non admittūtur nisi de ꝯsensu vtrius
que partis,propter affectionem quam præsumuntur habere
vel propter præmium quod expectant re perfecta,vel ēt sine
4 præmio,quia quilibet affectat † vt sui actus habeant affectū.
C.de assesso.l.fi.in fi.facit de testi.c.fi.lib.6.aut de non media-
toribus,& aut potest ueritas aliter haberi,& non cogūtur ad
hoc,vt priuilegium aliquid operetur 4.q.3.§.in criminali.
versic.item inuiti.cum seq.aut non potest ueritas aliter ha-
5 beri,& coguntur,nec prodest priuilegium † quia committe
retur mortale in tacendo veritatem.11.q.3.quisquis, de cri-
mine falsi c.1.facit de consuc.cap.fi.de deci.suggestum. Si ve
ro agit̄ de crīe,aut indirecte.aut directe;si indirecte:aut ad effe
ctū repellendi,non aūt puniendi,sicut quando agitur contra
testem,vel accusatorem,vel procuratorem,& non coguntur
testes,ne cogantur aliquem infamare,6.q.1.ex merito,& tri-
bus sequentibus,quod tamen intellige dummodo aliter pos
sit haberi ueritas, aut fit obiectio ad effectum puniendi cri-
men,ut contra promouendum,ut repellatur, de accu. super
his,& tunc coguntur,supra eo.super his, ne præficiantur in-
digni,& ne crimina remaneant impunita. Si uero crimē de
ducitur directe,aut ciuiliter,aut criminaliter. primo casu co-
guntur,dicto c.super his,& c.peruenit,el secundo,& per hoc
non procedit opi. Tancredi,& Vincentij de qua in glo. Si ve
ro criminaliter dicit Ioan.Cal.ꝙ in foro ecclesiastico indi-
stincte compelluntur s̄. cap.proximo, & capit.peruenit,el 1.
6 Dic † melius,ꝙ aut potest aliter haberi ueritas,& non cogun
tur,ut hic,nisi timore partis aduersę se subtrahant.quia tunc
coguntur s̄.eo.super eo.ubi de hoc.aut ueritas aliter haberi
non potest:& coguntur,dictis iuribus, & hoc in foro eccle-
siastico:in seculari vero,aut pęna non infert irregularitatem
& non coguntur,ut in proximo casu: aut infert,& tunc aut
6 in clericis,& non coguntur,argu.23.q.8.his a quibus,ne cleri
ci,uel mona.sententiam,de raptori.c.in archiepiscopatu. aut
sumus in laicis,& hoc casu aut uolunt fieri clerici,& æquum
est secundum Io.An.ꝙ non cogantur,ea ratione,quia nō co
guntur clerici.facit quod no.de rescrip.cum adeo.aut uolunt
clericari,& tunc aut ueritas aliter haberi non potest,& cogū
tur ut hic:aut potest,& non coguntur. Ex his dic,ꝙ siue aga-
tur ciuiliter,siue criminaliter,siue sint personę priuilegiatæ,
siue no,si ueritas aliter haberi non potest indistincte compel
7 luntur † per prædicta, & hic in fine gl.& pp hoc in utroq; fo
ro indistincte compelluntur:nam eoipso ꝙ producuntur ꝑ-
sumuntur necessarij,& quod aliter ueritas haberi nō possit,
fallit quando timetur de irregularitate,per prædicta:sed sic o
staret,ꝙ aliter posset haberi ueritas,procedit distinctio ꝑmis-
sa:sed qa hæc difficulter potest apparere anteq testes deponāt,
& quia creditur producenti in eo quod dicit testes sibi neces
sarios,ideo communiter coguntur.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium dicere omnes compelluntur ad detegēdā cōiurationem.*
2 *uictio,quondam,ponit de p...no,... en.onct prasen ..*
3 *Coniuratio est actus illicitus.*

1 VEnerabilis. †Ad detegendam coniuratio-
nem compellunt ēt q iuraue-
rauerunt non deponere, seu socii, & in ati: primo
ponitur petitio, scđo exauditio, ibi, ideoq;. No. ibi
a quondā.a qđ hæc dictio † ponit de p̄terito, & remouet de p̄-
2 senti, ff. si certū peta. eius q. de postulā. cui eorū, § affinitates, di
co de officio deleg. cum olim el 1. Item ibi præsumpserunt
3 coniurati uē facere. qđ coniuratio † est actus illicitus, pp verbum
præsumpserunt, de hoc in gl. 2. quandoque tamen fit ad bonū
16. q. c. sane. No. de iudiciis, exhibita. In gl. 2. ibi venerabilem,
hæc vera qñ dubitatur an sit illicitū, vel nō, de hoc in d. c. sic
forte dubitatur hic, vel secundum Inn. Papa hic absoluet, vel
isti delegati.

A D D I T I O.

a Quondam. Adde glo. & doct. in l. nec emptio ff. de contrahen. empt. gl. Bart. & doct. in l. . §. hoc autem edicto ff. de noui oper. nun. doct. in c. cum contra. de prg. doc. in c. olim. de rescri. Ang. in l. si arborem. ff. de ser. vr. præd.

De fide instrumentorum. *Rub.*

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum quid sit, & quot modis sumatur.*

1 †Quæro qđ est instru. dic, qđ multipliciter sumit. qñq; pro in
strumēto fundi, id est apparatu quo fundus exercet. l. colligi-
tur ff. de fundo instruto. l. reponto. & in glo. qñq; generaliter
pro quacunq; re per quā de vna deuenitur ad aliam, quasi pri
ma instruit ad secundam Quandoq; specifice p scriptura in-
struente causam seu faciēte fidem, sic sumitur hic per Archi
diaconum. 12. q. 2. si quis de clericis.

S V M M A R I V M.

1 *Tabellio an possit solus exemplare instrumentum, sicut potest cōficere.*
2 *Notarius potest ex causa extrahere de protocolo aliud instrumentum publicum, & erit originale.*

SI scripturam. Breue est, vel per alia
verba. pōt sic sumari.
Nō autē fidē nō faciunt. In gl. 1. ibi, auth. scri
ptura, de hoc ēt J. c. seq. in gl. 1. & ibi dicetur.
In gl. fi. ibi, iudicis authoritate. Contrarium tenuit
Albericus de porta Rauēnata, dicens p solū
notariū hoc fieri posse p Auct. vt fratrū filij, §. illud, collat. 9.
1 vt sicut tabellio † potest conficere, ita, & exemplare. verior est
gl. per iura q̄ allegat, & pro hoc s. n. a. significauit. & c. Alberi-
cus, & scđm hæc iura intelligit, §. illud, sed referi, p cū Albe
ricus in iudicio defenderet suam opi. ad sustinendum exēplū
quoddā productū, fuit productū originale, in quo erant mul
ti defectus, q uo erant in exēplato: ideo mutauit opi. qñ idem
notarius rogatus de instrumēto facit de protocolo aliud pu-
2 blicum, p potest fieri ex causa: † & tunc non exemplatū, sed
originale ibi dicas, de hoc in Spe. de instr. edi. §. vidēdum. ver.
sed quid, ecce. pro hoc quod no. J. c. inter.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura publica dicitur authentica, non econtra.*
2 *Scriptura publica facit fidem, etiam si decesserint testes inscripti.*
3 *Sigillum publicum reddit scripturam authenticam.*
4 *Scriptura authentica quæ dicatur.*
5 *Scriptura priuata an sit authentica, & fidem faciat.*
6 *Scriptura sumpta ex archiuo quando dicatur publica, & quando priuata.*
7 *Scriptura debite sumpta ex archiuo valet, etiam si in ea non sint anni domini.*
8 *Commentariensis varie accipitur.*
9 *Scriptura sumpta ex archiuo an sit authentica.*
10 *Scriptura quando dicatur authentica.*
11 *Scriptura publica quid sit.*
12 *Scriptura priuata quid dicatur.*
13 *Instrumentum quot modis dicatur publicum.*
14 *Scriptura priuata sine subscriptione testium quando fidem faciat, & quando non.*
15 *Epistola & apodissa quando fidem faciat.*
16 *Scriptura confecta a tertio facit cōiecturā, & semiplenā probationē.*
17 *Liber rationum quando fidem faciat.*
18 *Comparatio literarum qualis esse debeat.*
19 *Chartam albam si quis alicui det sigillatam suo sigillo, an stabitur scripturæ postea ibi factæ contra sigillantem.*
20 *Instrumentum an fidem faciat si negetur cōficiētem fuisse notarium.*
21 *Scripturā esse publicam facit communis reputatio loci.*
22 *Probatio per comparationem quando sufficiat.*
23 *Testes fūt quare non sufficiant ad probandum scripturam esse alicuius manu scriptam.*

SCripta. Scriptura non dicitur authentica, quo
ad faciendam fidem, nisi altero de mo-
dis hic expressis. habet dictum cum inclusa exceptio
ne. ibi in fine. Nota, quod non sequitur, scriptura est authen-
tica: ergo facit fidem. quidam tamen exponunt literam ibi, au
thentica. i. quæ allegatur esse authentica. sed non est nisi vt se-
quitur. & hoc videtur verius, accipiendo authenticam prout
conuertitur cum publica: vt cōmuniter accipitur. & de hoc
1 J. †Item, p in plus se habet scriptura authentica q̄ publica.
omnis enim publica est authentica, non econuerso. de hoc ta
men dic vt J. Item, p scriptura publica dr̄ quæ fit per manum
2 publicam, & dr̄ publicum instrumentum. †Item, qđ talis scri
ptura publica facit fidem, etiam si decesserint testes inscripti,
idem si tabellio, probatur vtrunque in Auth. eo. §. si vero mo
3 riantur. †Item, p sigillum publicum a reddit scripturā authē
a ticam, ita tñ p sint testes inscripti. pro hoc litera ibi: testes in-
scripti, & quod dico de pba. post cessionem. Item ibi nō vidē-
tur & c. p scriptura non publica manu facta, vel non habens si
gillum authenticum, etiam si sint testes inscripti qui decesse-
runt, non facit vllam fidem. de hoc tamen plenius. J. In glo. 1.
pro intellectu glo. & literæ, quia fit hic mētio de scriptura au-
thentica. Item de publica. Item de priuata. Quæro quid fit di-
4 cere † authentica. dicit glo. 1. s̄. c proxi. p est illa quę fit per ma
num publicam, vel per iudicem, cum trium testiū, vel ad mi-
nus duorum subscriptione, vel quæ habeat sigillum authen-
ticum, vel quæ fit etiam per priuatum in præsentia trium te-
stium, quod vltimum intellige si testes viuunt. secus si deces-
serint, vt hic, & videtur de mente illius gl. p dicitur authenti
ca ea quę facit fidem. & in eo quod dicit de scriptura facta p
iudicem, dic melius vt dixi de testib. cum a nobis. & §. sed in-
strumenta. quæ alleg. glo. prædicta, loquitur de scriptura cōfe
cta per tabellionem. Item in eo quod dicit de scriptura facta
5 à priuato † cum tribus testibus Innoc. dicit, p licet faciat fidē,
vt in §. si tamen quisquam. allegato in d. glo. non tamē est au
* thentica: & hęc videtur communis. *potius enim dicitur pri
uata, quia non facit fidem si negetur, nisi iuuetur a testib. qui
interfuerint. Auth. de instrumen. cau. §. sed si quis. aut mutui.
& vltra hoc fit comparatio, de qua J. & dicit Innoc. s̄. c. proxi-
mo, p, cessante consuetudine, omnis scriptura dicitur priua-
ta, præter scripturam notariorum & actorum iudicialiū. sed p
consuetudinem priuata fit authen. J. c. cum dilectus. quod no
6 ta. Ex hoc infertur, † p scriptura quæ alias sumitur simplici-
ter ex archiuo, idest camera actorum extraiudicialiū, seu scri-
nio, dicitur priuata, & hoc accipiendo scripturam priuatam
pro qualibet non publica; siue sit authentica, siue non. & ta-
men scriptura ex archiuo est authentica: quia facit fidem. C.
eo. auth. ad hoc. vbi glo. de hoc habetur de præscrip. ad audien
7 tiam. no. Inno. de procuratorib. c. 1. Ex hoc infertur: † p si scri-
ptura debite sumpta est ex archiuo, valet, etiā si in ea nō sint
anni domini, sicut nec alias requiruntur in scriptura priuata.
ff. de pignorib. cum tabernam. §. idem quęsiui. no. glo. 25. q. 2.
si ea destruerem. & Cyn. C. de diuersis rescriptis. l. si qua. Bart.
C. eo. auth. ad hoc. not. J. c. inter. ver. sed contra. dicitur aūt scri
ptura debite sumi ex archiuo, quando sumitur ab officiali ar-
chiui. & iste debet esse persona publica ad illud deputata, non
p expediat p sit alias publica, idest notarius: sed sufficit p ha-
beat publicum officium super archiuo. dicta authē. ad hoc. &
dicto c. ad audientiam. pro hoc est quod no. Inno. in d. c. 1. de
procura. verius tñ dic, p debet esse persona alias publica, vel sal-
tem duo viri. arg. de pba. qñ contra. quia nō est alius modus
per quem quis dicat habere personam authenticam ad scri-
bendum nisi sit tabellio, vel duo viri. d. c. quoniā. vel nisi hoc
habeat consuetudo. J. c. cum dilectus. dicit tamē Bart. in dicta
authen. ad hoc, p etiam si talis scriptura non habeat subscri-
ptionem notarij rogati de ea, & publicationem, si tñ apparet
manu publica facta, sufficit. pro hoc est. gl. in d. auth. quæ dicit
sufficere p magistratus confiteretur eam esse in archiuo, vel p
in ea sint talia signa, qualia fieri solent. s. manus commētarie.
8 ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. quotiens. & † exponit ibi cōmen
tarien. idest officialis cui acta comissa sunt. aliter accipitur. C.
9 de custo. reo. † Ex his videtur quod scriptura sumpta ex archi
uo est authentica, non tamen publica, ex quo non habet for-
mam publici instrumenti. vnde, vt prædixi, nō oportet p ha-
beat annos domini. Item licet in instrumento publico dēant
inscribi testes, in scriptura tamen archiui sufficit p habeat te-
stimonium eius qui est super archiuo. Ex his concluditur,
10 quod scriptura † dicitur authentica, quando facit fidem per
seipsam, etiam si aliunde non iuuetur: non tamen per hoc
dicitur

A D D I T I O.

a Sigillum publicum. Adde Ioan. And. in c. 2. de foro compe. lib. 6. in nouel. & glo. in verbo sigillo. in clem. litterarum. de electio.

dicitur publica.de hoc tamen dic vt in sequenti quęstione.
11 † Quero quid est scriptura publica.gl.2.hic sentit,quod est il
la quæ fit per manum publicam.gl.tamē præcedens non vr̄ di
stinguere inter authenticam,& publicam .Inn. tamen distin
guit:quia omnis authentica est publica,non econuerso, vel
secundum eum habēt se sicut excedentia & excessa.primum
videtur verius,quod etiam dixi in notabilibus,& vr̄ hic pro-
bari,quia præmittit de authentica,& subijcit de publica spe-
cie authenticę.s.de confecta manu publica,&c.communiter
tamen publica,& authentica accipiuntur promiscue vnum
12 pro reliquo † Quæro quæ dr̄ scriptura priuata.Inno.s̄.c.pro
xi.dicit,ꝙ illa quę fit a personis non publicis,nec per se habēt
authoritatem,nisi conficiens confiteatur,vel nisi habeat sub
scriptionem testium, & probetur per collationem, idest ad
comparationem alterius scripturę tam aduersarij q̄ testium.
C.de proba.l.exceptio.& l.instrumenta, dicit etiam Inno. vt
s̄.dixi.omnem scripturam dici priuatam, præter scripturam
notariorum,& actorum iudicialiū, & hoc modo priuata ca
pit magis large,vt comprehendat omnem non publicam,si
ue sit authentica siue non. sed in præcedenti modo sumit
scriptura priuata magis stricte,& sic magis cōmuniter accipi
13 tur.& sex modos † quibus dr̄ instrumentum publicum, &
in specie priuatæ scripturæ,no.Specula.de instru.edi.§.nunc.
ibi,nunc,loqtur gl.de instrumento publico, idest confecto
per manum publicam,vt in gl. sequen. ibi, priuata vero, hic
accipitur scriptura priuata pro ea scriptura quę non facit fidē
per se sine alio adminiculo,puta testium:vt in gl.ibi,actione
14 personali,& ibi,in reali.senius est,ꝙ scriptura † priuata sine
subscriptione testium facit fidem in actione personali con-
tra scribentem, non in reali.s.ad hypothecandum bona Nā
alias creditor habens instrumentum publicum erit præferē-
dus,& quod dicit glo.ꝙ scriptura priuata facta ab aduersario,
ita,ꝙ cōstet,vel a quocunque,dummodo partium vel testiū
subscriptione fulcita sit,robur obtinet:istud de subscriptione
referas solum ad vltimum,ibi,a quocunque.s.tertio, nam in
primo quando est facta ab aduersario & constat, hoc sufficit
sine testibus,ibi,scripturas,ratio est:quia si staretur scripturæ
debitoris non habenti testes subscriptos posset multum præ
iudicari veris creditoribus habētibus bona hypothecata per
publicum instrumentum,ꝙ posset debitor scribere se debi-
torem,& hypothecare bona,& ponere diem ante diem. In-
strumenta,ibi,ad commodum vero minime. vbi considera,
quod reperitur epistola ad absentes,reperitur,& apodissa,quā
vocamus schedulam inter præsentes,reperitur liber rationū
15 de epistola † & apodissa idem iuris,& dic,vt in gl.quod facit
fidem contra scribentem,non ad eius casum si de ea constat.
si autem negetur:aut habet sigillum authenticum, & efficiē
authentica,si habet testes in scriptos:vt hic probatur,iungen
do principium literæ usque ibi,nisi cū alia particula,ibi, aut
authenticum,&c.quod dixi de proba. post cessionem, & sic
non dr̄ priuata:aut non habet authenticum sigillum,& tunc
aut habet subscriptionem partium,& trium testium,& si ne
getur scrptura,sufficit si probetur per comparationem,C.qui
po.in pig.l.scripturas,& tamen subscriptio non habet locum
in epistola,sed tantum in apodissa:aut non habet talem sub-
scriptionem:vt quia deficit subscriptio testium vel partium,
& non sufficit ꝓbatio ꝑ comparationem,sed requiritur,ꝙ ēt
per testes,C.eo.auth.& si ↄ̃ctus,& hæc de scriptura confecta
16 ab aduersario,sed si a tertio,† facit coniecturam,& semiple-
nam probationem.vt dicit glo.ff.de iureiuran.l.ad mouendi.
quod tamen iure nō probatur,& non vr̄ procedere,ꝑ l.ratio-
nes.alias in gl. potest tamen dici,ꝙ si est ↄfecta a persona pu-
blica,licet nō in forma publica,facit semiplenam,& hoc vr̄ ꝓ
bare consuetudo,& sic intellige gl.d.l.admonēdi,& C.de iu-
reiuran.l.in bonæfidei.& Auct.de instru.§.si tn̄ quisq̄ de hoc
per Bar.in l.admonendi. ibi tn̄ solum dicit de libro rationū.
sed idem vr̄ in alia scriptura priuata modo nunc dicto scrip-
17 ta,seu saltem nō multum refert.& ita consului.pro hoc qđ
a j.subicitur.De libro † vero rationum a dic,aut negatur esse
producētis,& oportet ꝙ probet,sed sufficit sola comparatio
sine testibus:vt j.aut non negatur esse scribentis, & tunc aut
producit ↄ̃ scribentem,& plene probat,ff.de proba.l.cum de
indebito.§.fi.pro hoc quod dr̄ hic in glo.aut pro scribente,&
tunc aut in his quæ consistunt in mera dispositione conficiē
tis librum,& probat,ff.de neg.gest.l.Herennius,aut in alijs q̄
non consistunt in mera dispositione sua,& non probat, l. ra-
tiones,& l.exempla,& l.instrumenta.allega.in glo.sed q̄nque
facit aliquam pręsumptionem,vel suspicionem.ar.dictarum
ll.ēt alicubi habet cō suetudo ꝙ stetur vsque ad dictam quāti
tatem.aut continet aliquid in libro pertinens ad tertium, &
tunc aut tenens librum scripsit ex necessitate officij. & plene
probat,vt olim in nummulatijs.ff.de eden. quædam,§. num
mularios,facit de præscrip.ad audientiam,& potest exemplifi
b cari Venetijs in campsoribus b qui tenēt banchum. describ-
ta.i.quia in libris scribunt gesta per mercatores qui faciunt
ibi notari suos contractus,aut non ex necessitate officij,& nō
18 facit plenam,sed semiplenam:vt s̄.dixi.† Quæro in eo qđ di-
xi de comparatione,qualis debet esse scriptura ex qua fit cō-
paratio. dicit Inno. ꝙ habeat quatuor testes inscriptos. Aut.
eo.§.si quis ergo,ita habet per omnes communiter,& ita re
fertur a scribentibus,sed corrupte.nam in §.si quis ergo. dici
tur sufficere tres testes,idem dicitur.C.eo.comparationes,&
dic plenius,ꝙ aut quæritur de scriptura ad quam.i.pro cuius
veritate habenda fit comparatio,& illa non requirit subscri
ptionem testium,C.eo.auth.& si contractus,& quod ibi no
sed bene requirit inscriptionem testium:alias non posset per
comparationem iustificari,seu probare.Auct. eo. §. sed & si
quis,aut mutui.C.qui po.in pig.auth.si quis vult,& dicunē te
stes inscripti quando scribitē ꝙ præsentibus talibus : subscri-
pti,quando se subscribunt,aut de scriptura ex qua.i. quæ pro-
ducitur ad ostendendum,ꝙ scriptura quæ negaē de manu ad
uersarij per comparationem probetur esse de manu sua, &
hæc debet habere subscriptionem testium,cum hac tamen
intentione.aut enim est publica,vt publicum instrumētum,
& non requirit subscriptio testium,quod alias est instrumen
tum solēne.Idem in actis iudicij,quæ dicunē forens.i. quæ di
cunē facta in foro seu pretorio,d.l.comparationes,aut est nō
publicum modo prædicto, & tunc, aut est alias authentica,
quę facit fidem ꝑ se sine alio adminiculo: vt in scriptura ex
archiuo,& hęc etiam sufficit ad comparationem sine subscri
ptione testium,aut nō est publica,& tūc aut aduersarius fuit
ea vsus,& sufficit sine subscriptione dicta.l.comparationes,&
auth.ad hæc,aut non fuit vsus, & requiriē subscriptio trium
testium d.§.si quis ergo.aut mutui:& sic ex quinque generi-
bus scripturę fit comparatio,ex instrumēto publico,ex actis,
& ex archiuo.Item ex scriptura priuata, sine testium inscrip-
tione,si aduersarius vtitur verbo,ex eadem scriptura priuata
testium subscriptione quando nō vtiē aduersarius, hęc colli-
gunē in d.l.comparationes,& dr̄ ibi non aliter fieri compara
tionem,ex hoc infert Bar.C.eo.auth.& si contractus,ꝙ pars
non potest cogi ad scribēdum vt fiat comparatio,qa nec suf
ficeret illa scriptura.Item ꝙ scriptura priuata ēt si aduersarius
eam cōfitetur, non sufficit ad comparationem, & in hoc vr̄
corrupte scriptum:& aliqui aliter habēt,hęc enim sunt ↄ̃ tex
in auct.eo.§.si quis ergo.nam quando constat scripturam es-
se scribentis, contra ipsum habet vim publici instrumenti.
pręalleg.l.cum de indebito.§.fi.& ꝙ possit cogi ad scribendū
subest ratio,ad faciliorē expeditionem iudiciorum arg.C.de
iud.l.properandum,de dolo,& contu.c.finem,propter q̄ cau
sam etiam iudex interrogat ex officio.j.c.cum Ioā.in fi.gl.vlt.
Quęro,† aliquis dedit alicui chartam albam sigillatam eius
19 sigillo:an stabitur scripturę postea ibi factę ↄ̃ sigillantem.In-
c no.multum instat,concludit ꝙ non.qa sigillum debet appo
ni chartę scriptę,alias possent sequi multę absurditates:maxi
me quia posset teneri illa charta vsque post obitum sigillan
tis,& postea scribi contractus magni preiudicij.dic contra,vt
habet obseruantia,& est de iure,nam est,ac si sigillans dedis-
set mandatum generale,& hoc dummodo ↄ̃stet,qđ ad hunc
effectum tradita fuit vt ille posset scribere quodcunq; vellet
& qđ tradens ꝓmisit obseruare,stabitur tamen non solum,
quo ad ea quę possunt comprehendi sub generali mandato,
per hoc tollitur illud de absurditatibus: quia non stabitur
quo ad ea quę ille non fuisset in specie concessurus.de iureiu
20 ran.veniens,& ca.quintauallis,& hęc signa. Quęro † si pro-
ducitur instrumentum,& negatur conficientem fuisse nota
rium,dicit Inno.ꝙ probabitur per testes, vel instrumentum
confectum,vt per concessionem officij. sufficit etiam secun
dum eum probare,ꝙ publice fungebatur officio.ff. de offic.
pręto.l.Barbarius.de elect.quærelā, cum simi. idem si appa-
rent multa instrumenta eius quibus communiter datur fi-
des,& credunt aliqui, vt refert Innocen.quod non sufficiant
duo:sed debent esse tot, quod bene appareat eum officium
pro omnibus gerere.Hostien. dicit hoc arbitrarium. ar
gu.de offic.deleg.de causis, hęc procedunt quando est quę-
stio

ADDITIONES.

a De libro vero rationum. Adde Ioan. de imo. in clemen. prima,de vsur. Bald.& Salyc. in l.prima C. de eden.Bald.in l. rationes C. de proba. Paul. de Cast. consil.138. incipiente. ad bene examinandum dubia. in secunda col.

b In campsoribus. Adde Baldum in rubrica C. de fide instrumen. in 13. colu.

c Chartam albam sigillatam. Adde Ioan. de imo. in cap. quorundam in tertia col. de sol. Ange. in l.si ita stipulatus. in §.Grisogonus,ff.de verbo. oblig.

stio inter partes, secus si inter notarium & partes, tunc enim
expedit quod probet titulum tabellionis, & nō sufficit posses
sio. not. I. Innocen. de verbo. signi. veniens. lib. 6. & est singula-
re. in Spec. ti. de proba. §. si. ad fi. ver. verum, licet probatio, &
seq. Mar. disputādo tenuit etiam inter partes oportere proba-
te ti. ad l. Barbarius, dicit ꝙ ibi constitit de titulo: qa habuit au
thoritatē ab habēte potestatē, de hoc per Ioan. An. in Spec. ti.
de instru. edi. §. restat, ver. & scias, & ver. illud autē, & per Azo.
in summa eo. ti. per Cy. C. eo. l. comparationes, Bar. in l. Barba
rius, in lectura tenet cum Inn. ff. de decu. Hærenius, & in repe
ti. d. l. Barbarius, tenet cum Mart. non m̄ allegat eum, sed Gui.
de cu. qui hoc tenuit p l. actuarios. C. de numera. & actua. lib.
12. idem Bar. C. de testa. l. 1. Ego consului stādum simpliciter
dicto Inn. ad l. actuarios, dic, ꝙ loqtur in suo speciali casu, qđ
ēt dicit Barto. in l. Barbarius in lectura, & Guil. ff. de adop. nec
enim, & responsio Mar. ad l. Barbarius, nō procedit per id qđ
21 dico de elect. nihil. ad finem pro prædictis est, quia † scripturā
esse publicam facit ēt communis reputatio loci, ēt sola. j. eo.
cum dilectus, etiam sine inscriptione testiū, vt ibi notabiliter
dicit Inn. Item stando alteri opi. ruerent multa instrumenta,
pro hoc facit quod no. Cy. in dicta l. comparationes, pro hoc
ēt facit obseruantia: qa cum producitur instrumētum in alie
no foro, iudex loci per suas literas attestatur, ꝙ conficiens est
tabellio, & pro tali reputatus in loco, & hoc sufficit. Quæro
circa id quod dixi s̄. de comparatione: an quādo negatur scrip
tura, & probatur per comparationem sufficiat hæc probatio,
22 † dic, aut quæritur de libro rationum, & sufficit, l. comparatio
præalleg. no. Bar. C. en. auth. & si ɔ̄ctus, quia nihil in hoc est im
mutatum per d. auth. & si ɔ̄ctus, & sic locum habet l. compa-
rationes, quæ dicit, comparationem sufficere, aut quæritur
de alia scriptura, ut de apodissa, & aut habet subscriptionem
vtriusq; partis, & trium testium, & idem. C. qui po. in pig. scri
pturæ. not. Bar. in d. auth. & si contractus, & probatur in l. scri
pturæ, quia ibi scripturæ priuatæ quæ habent subscriptionem
trium testium statur tanq̄ instrumento publico. pro hoc est
quod hic dr̄ in glo. 1. qđ ergo dicit auth. & si ɔ̄ctus, solam cō-
parationem non sufficere, procedit in scriptura priuata non
habente subscriptionem prædictam, & sic loquitur Auct. e. §.
oportet. vnde sumitur dicta auth. & si contractus. hoc ergo ca
su, in scriptura tali non habente subscriptionem, vltra com-
parationem requiritur, ꝙ ēt testes eam iuuent in Auct. eo. §. si
quis igitur, & §. sequuntur, & hoc si ɔ̄ctus excedit libram au-
ri: alias secus, d. auth. & si contractus. Et si dicas, ꝙ si testes mu
tant scripturam superuacua est comparatio, dic, ꝙ non expe-
dit, ꝙ testes probent contractum: quia tunc superuacua esset
comparatio: sed probabunt scripturam esse de manu scriben
23 tis, d. §. si quis igitur, ibi, ipsis præsentibus subscripsit. † nec suf
ficiunt soli testes ad probandum ꝙ scriptura sit manu illius,
sed requiritur, ꝙ etiam fiat comparatio, qa possent esse testes
falsi. ita no. glo. in Auct. eo. §. sed his qui depositum, licet ibi
in §. si tamen quisquam, litera faciat contrarium, sed debet in
telligi, vt ibi dicitur, & de materia comparationis, per Cy. in l.
comparationes pręalle. per Bar. in d. auth. & si contractus.

S V M M A R I V M.

1 *Rescriptum Apostolicum propter rasuras in loco non suspecto censetur vitiosum.*
2 *Rasura in narratione facti non inducit suspitionem falsi contra rescriptum vel priuilegium.*
3 *Notarius an possit abradere in instrumento per se facto.*
4 *Rasura in vna parte an vitiet totum rescriptum.*
5 *Abrasio vitiat rescriptum, siue in contentiosis, literis, siue in gratiosis, si potest esse fraus.*
6 *Abrasio in narratione facti etiam non modica non vitiat.*

1 EX literis. † Rescriptum apostolicum pro-
pter rasuras in loco non suspecto
non censetur vitiosum, & dicitur locus non suspe
ctus vbi sunt verba narratoria. h. d. secūdum com-
2 munem intellectū. Cōis Diuisio ibi, dicimus. No. ꝙ † rasura
in narratione facti non inducit suspicionē falsi ɔtra rescriptū
vel priuilegiū, quod innuitur hic, si nō est rasura in verbis di-
spositiuis, quod tn̄ fallit in dispositione fauorabili, vt in lega
to liberationis. ff. de his q̄ in testa. delētur, l. proxi. in fi. vbi Bar.
idē dicit in legato ad pias causas. C. de testa. l. n vnus, Item ibi
& priuilegia, rationem a fortiori ponit, fortius enim deberet
rasura vitiare in priuilegijs quæ continent gratiam, quam re
scriptum iustitiæ, pro prędictis est quod hic dicitur, in glossa
vltima. In glossa secunda, ibi, probetur, & dicit Innocentium
intelligendum siue sint literæ contentiosę, siue de gratia,
quod dicitur in sequenti contrario. Oppo. ad hoc, & ad lite-
ram, quia magna fraus potest fieri in nominibus possessionū.

Solu. vt in sequen. glo. ibi clausæ. idem de crimi. fal. licet. in gl.
3. & in eo quod glo. dicit de eadem manu. dicit Innoc. ꝙ per
a cancellarium a vel officiales curiæ potest fieri abrasio in lite-
ris apostolicis, non per alios. † Quæro circa hoc, an notarius
3 possit b abradere vel addere vel mutare in instrumento per se
b confecto. dic ꝙ non, postquam est publicatum partibus, &
hoc sine authoritate iudicis. Authentic. de æquali. do-
ti. §. primum. ibi, quod in initio. & ibi Iacob. de Belui. facit. ff.
de fal. l. eos. supra titu. r. præterea. † Quęro an rasura in vna par
4 te c vitiet totum rescriptum. dic ꝙ non, vt not. Bal. C. de edic.
c diui Adri. l. vlti. oppositione 4. secus dicit in dicto testis, quod
ex toto vitiatur si est in vna parte falsum, quia testis redditur
periurus, quod signa, & illud de instrumento procedit quan-
do instrumentum habet capitula separata. sic. j. c. contingit,
& quando falsitas est commissa in loco separabili ab alijs. se-
cus si in loco non separabili, vt in subscriptione notarij, quæ
concernit totum instrumentum, cum authoritas instrumē-
ti pendeat a tabellione. not. J. c. cum Ioan. sic intellige quod
not. Inno. de hæreti. fraternitatis, & ibi etiam dico. In glo. fin.
ibi. possessionum. cōtra quia potest fieri magna fraus in hoc.
arg. de rescrip. ad aures. & in c. sedes. in c. pastoralis. c. significā
te. & in c. Rodulphus. eo. titu. Sol. Innoc. intelligit quod hic
dicit de priuilegijs confirmatorijs. secus in originalibus, vel
in instrumentis donationum, vel aliorum contractuū: quod
videtur procedere in literis de gratia: secus si de iustitia. In-
nocen. tamen dicit ꝙ siue in contentiosis, siue in gratiosis, si
potest esse fraus, abrasio † vitiat. sic intellige quod dixi secun-
5 dum enim super glos. proxi. & pro hoc est quod not. in c. in-
ter. ver. sed contra. sed quod aliud sit in contentiosis, facit de
crim. fal. accedens. Goff. intelligit literam de modica rasura:
alias vitiaret. exemplum primi in rasura literæ vel syllabæ.
exemplum secundi si raditur totum nomen. dic, ꝙ etiam ra-
sura sillabæ vel literæ in verbis dispositiuis quandoque vitiat.
J. cap. ex parte & dic ꝙ litera ista procedit in priuilegijs con-
firmatorijs, vt supra secundum Innocen. Item in originalib.
Item in rescriptis siue gratiæ siue iustitiæ. quandoque † abra-
6 sio est in narratione facti, quo casu etiam non modica nō vi-
tiat, per rationem de qua in glo. præcedenti: quia non statur
narrationi tituli: nisi alias probetur, quod intellige saluo qđ
dicitur de proba. clem. literis. & exemplificat, vt quia dicebā-
tur in priuilegio, eximimus tale monasterium cum omnib.
possessionibus quorum nomina sunt hæc. possessio de tali
villa. ista nomina possessionum posita narratiue non probāt
ꝙ possessiones sint monasterij, vel quod sint illæ: sed priuile-
giatus habet probare, vt not. J. c. inter. ideo abrasio non cura-
tur: quia nec præsumitur ꝙ non agatur de præiudicio aduer-
sarij: sed etiam in verbis dispositiuis non facile præsumitur
in literis apostolicis contra rasuram: sed præsumitur facta p
officiales propter bullam quæ apponitur, per quam tollitur
suspicio. no. Innoc. J c. ex parte. & signa. & licet loquatur ibi
in defectu literatum, tamen facit etiam quando est rasura.

ADDITIONES.

a Per cancellarium. Adde Doct. in c. ad falsariorum. de cri. fal.
b An notarius possit. Adde Io. And. super data vj lib. in mercu Bal. in l. ambiguitates in fi. C. de testa. Cald. in tit. de fi. instru. consi. 1.
c An rasura in vna parte. Adde Pet. de Anch. consi. 332. inci. in Christi nomine amen præmissa &c.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex non debet facere præceptum difficile uel periculosum, aliàs potest appellari.*
2 *Instrumentum si laceretur per aduersarium coram iudice, statim arbitrarie puniri debet.*

ACcepimus. Redarguenti priuilegium de
falso iudex facit illud exhibe
ri coram paucis, & in loco tuto, & interim statur
sententiæ latæ, per illud. Primo decisa petitio. Se-
cundo prouisio, ibi cum priuilegia. No. ibi difficile & pericu
1 losum, ꝙ iudex † non debet facere præceptum difficile vel pe
riculosum, alias potest appellari. arg. huius literæ. Item ibi, cō
gruo, & securo, vt in gl. 2. Item in ver. interim. ꝙ cū arguitur
instrumentū de falsitate, interim ei statur. de hoc in glo. pen.
& antepen. Item ibi. 12. ꝙ iudex arbitratur numerum eorū, q
debent interesse qn̄ eduntur priuilegia ad inspiciēdū. & hoc
ne pars aduersa possit venire cum maiori numero & violen-
ter auferre priuilegiū. arg. de priuilegiis. cū psonæ. lib. 6. & qn̄
imminet illud periculū, est cautela ꝙ primo iudex insinuet,
solemniter, & ꝙ fiat sumptum, vel saltem legat, & per alios,
ido-

idoneos legi faciat antequam edatur, vt si aduersarius corrū-
peret possit probari.de priuilegi.cum olim.1.In glo.1.ibi cri-
minaliter.hoc tenet glo.in d.l. vnica, quæ dicit,ꝙ,etiam si sit
iuratum de calumnia,iterum iuratur:quia hæc est alia causa,
s.criminalis.dic,idem si ciuilis,vt sequitur in glos. ibi, quidā.
& dato ꝙ sit iuratum de calumnia, iterum iuratur:nec hæc
dicitur calumnia,sed valeat.arg de iura.calum.c.2.libr.6.in fi.
In glo.ar.in fi.ibi tamen nō soluit.dic,ꝙ hic non vacillat quo
ad effectum prius inductum, s. quo ad sententiam latam,an-
tequam opponeretur de falso. contrarium loquitur de effe-
ctu non consuoimaio,s.de testimonio ferendo.Item aliud in
teste,cuius persona consideratur eius temporis quo fuit con
a fectum J.c.inter,in fi.gloss.vlti.† Quarto, si in præsentia iudi-
cis aduersarius lacerat instrumentum partis. dic, ꝙ statim pu
nitur arbitrarie.ff.de publica.l.licitatio. §.quod illicite.aut ex-
pediatur se lusisse authoritatem iudicis s. titu. 2. peruenit. &
potest iudex punire ex officio, per dicta iura.hoc induxi alias
ad q.reus in præsentia iudicis lacerauit libellum actoris, & di
xi ꝙ iudex debebat punire ex officio. Item ad aliam, dum es-
set questio inter vniuersitatem iuristarum & medicorum,&
rector medicorum vellet exigere iuramentum de doctoran-
do in medicina, & rector Iuristarum vellet exigere,dicens se
in possessione.dixi,quod cancellarius ex officio debebat pro-
hibere exactionem illi qui non erat in possessione:sed tamē
quæstio per prædicta fuit sublata,& fuit illa vniuersitas a iuri
stis separata.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum quo quis vtitur quomodo legi,& parti edi debeat.*
2 *Dictio (solummodo) est taxatiua,& negat in alijs.*
ꝓuideri de beneficio minoris ſummæ,ꝙ eſt fortius,ergo nec
de maiori.reſpondebatur ꝙ illud c. loquitur in generali im-
petratione ad beneficium : quia tunc variatio ſummæ vitiat,
ex eo,quia certificatio beneficij debiti non pōt haberi niſi ex
hoc ſit tantæ ſummæ quanta eſt expreſſa,ſecus cum impetra
tur certum beneficium:tūc enim ēt ſi ſit erratum in ſumma
3 ex quo ꝯſtat de quo beneficio mandat̄,error † cauſæ ſeu qua-
litatis non vitiat.C.de teſtam.ſi in nomine.inſti. de lega. §.ſi
quis in nomine.no.de reſcri.ſignificante.replicabam,ꝙ cau-
ſa,vel qualitas habet vim conditionis in gratijs Apoſtolicis,
cum ſubintelligatur clauſula,ſi preces &c. de reſcript. cap.2.
4 Cauſa † autem vel qualitas adiecta in vim conditionis , ſi eſt
falſa,vitiat.ff.de condit.& demonſt.demonſtratio.§.1.de con-
ſan.& affi.quia circa.ſecundum intellectum quem ibi pono.
Item quantum ad illud,cui incumberet probatio, dicebam
ꝙ impetranti,tanquam affirmanti,& ad l.cum de lege. dice-
bam illud procedere propter præſumptionem iuris,præſumi
tur enim nihil eſſe in patrimonio,ſicut quis preſumitur non
ſoluēdo.vt no.in dicta regula ſemel.ſed hæc præſumptio ceſ-
ſat in beneficijs.præſumitur enim aliquid eſſe in beneficio:&
ꝙ ſufficiat ſaltem in duobus,vt dixi per ca. vt quiſq; . ſublata
ergo præſumptione iuris,de qua in d.l.cum de lege.remanet
5 regula,ꝙ impetrans † debet probare id quod aſſeruit,& ſic in
vtroq; puncto conſuluerunt doc. Bon.pro hoc facit quod no
tat Io. And.de lit.conteſt.c.1 lib. 6. & in regula infamibus.eo.
lib.& ꝙ dico de elect.cum nobis, & ſic decidit Rota deciſio-
ne 310.quādo in reſcripto ſunt verba pręmiſſa 100.floren.&c.
ſicut aſſeris.ſecus ſi dicit,vt aſſeritur: quia tunc falſa cauſa nō
vitiat.tamen in hoc vltimo videtur idem , ſicut cum dicitur,
vt aſſeris,non debet ſubaudiri,vt aſſeritur,per impetrantem.

In glo. pe. in fi. Inno. hic ponit longam glossam, & titulem de
clausulis, quæ consueuerunt apponi in rescriptis, vt est clausula, si est ido-
neus alias, si est doctor, vel si tibi constiterit ꝙ sit idoneus: vel
si tibi constiterit ꝙ sit doctor: vel si tibi ꝑ diligentem inquisitio
sitionem constiterit &c. de his clausulis de of. dele. cle. vna. in glo. de
concess. præb. cle. vna. & dic ꝙ est clausula existentiæ, aut cognitio-
6 nis, † ꝙ dicitur existentiæ illa quæ fit ꝑ verba, si ita est, cognitionis
dicitur quæ fit per verba, si tibi constiterit, & similia, de prima dic, ꝙ
aut sonat in monitionem, & licet clausula non sit vera, vitiatur re
scriptum. argum. huius c. vñ si mandatur prouideri tali, si est
idoneus, valet ꝓuisio facta non idoneo: quia clausula illa non facit
conditionem, aut sonat in conditionem, & vitiatur ꝓuisio si clausula
non est vera, & si mandatur ꝓuideri P. si est doctor: tunc. n. fa-
cit conditionem, & dat formam mandato, & sic non tenet ꝯ
factum. de reter. cum dilecta. Si vero clausula est cognitionis: aut
agitur de præiudicio tertij, & oportet eum citari, alias non te
net ꝓuisio s'm aliquos, alij ꝯ, & hoc vltimum seruatur, ꝙ tñ
dic vt ꝯ. aut non agitur de præiudicio alterius, & tenet ꝓuisio
nemine citato: qa intelligitur sibi commissum: non vt cognoscat
tanquam iudex, sed vt se informet tanquam bonus vir. iõ, vt
prædixi, obseruatur ꝙ executores conferunt beneficia nemine
citato. inquirunt tñ de clausula, & ꝓnunciant veram esse, alias
non valerent ꝙ facerent ꝑ dictam cle. vnam. de concess. præb.:
7 quamuis † aũt teneat collatio nemine citato: tñ si debet dari
possessio, & beneficium sit occupatum, necesse est citari oc-
cupatorem & audiri suas defensiones. de præb. licet. 2. lib 6.

creditor ibi inueniatur. de foro compet. c. 1. §. contrahentes.
lib. 6. est ergo iudex competens episcopus Bon. Item quæro
5 † an possit ordinarius creditoris absoluere iurantem inuito
creditore. vr ꝙ non: quia ibi solum permittitur ꝙ cogat cre-
ditorem ad relaxandum per districtionem ecclesiasticam. In
contrarium facit quod no. Inno. ꝯ. eo. debitores, vbi dicit, ꝙ si
nullo modo potest creditor induci ad relaxandum, iudex re-
laxat tanquam illicitum. 15. q. 6. authoritate. de testi. cogen. c.
1. & in c. cum quidam ꝯ. eo. vbi iudex relaxat illicita iuramen
ta. Primum tutius: nam iuramentum de soluendis vsuris nõ
est illicitum ex parte præstantis, vt s. in gloss. prima. Quæro
quid si creditor non est præsens, nec potest iudici constare ꝙ
ex causa vsuraria fuit iuratum. dicit Inno. in d. c. debitores, ꝙ
iudex non potest absoluere. sed debitor soluit, & postea repe-
tet. d. c. debitores, dic, vt prædixi in alia quæstione, ꝙ non po-
test fieri relaxatio nisi causa cognita, & ab aduersario relaxa-
6 ta. † Ex his & ex litera colligitur, quod iuramentum homini
præstitum ab homine relaxatur, & sic videtur quod ex tali iu
ramento etiam extraiudiciali oriatur actio. contrarium ta-
men notaui de institut. cum venissent, & dic vt ibi dico. vbi
etiam respondeo ad istud c.

A D D I T I O.

a Hic tenet accessorium. Adde regulam accessorium. de reg. iu. lib. 6. gl. in ver
bo astringi. in cap. quia plerique. de officio ord. libro sexto, & in l. cum prin-
cipalis ff. de re. iu.

De iureiurando. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor iuramentum sibi præstitum de vsuris sibi soluendis relaxare cogitur.*
2 *Dispositio specialis derogat ei qua virtute vel vi verborum intelligitur inclusa.*
3 *Iudex ecclesiasticus an possit relaxare iuramentum parte non citata.*
4 *Actoris & Rei debet esse æqua conditio.*
5 *Iudex ordinarius creditoris an possit absoluere iurantem inuito creditore.*
6 *Iuramentum homini præstitum relaxatur ab homine.*

1 EX administrationis. † Credi-
tor cogi-
tur relaxare iuramẽtum præstitum de vsuris
sibi soluendis. In glo. 1. ibi, debitores. oppo. de
illo c. quia non tenet promissio de vsuris sol-
uendis: vt ibi. ergo nec iuramentum tanquã
a accessorium. Solu. hic tenet accessorium a sine principali: qa
in accessorio est ratio specialis. s. metus periurij. pro hoc. ff. de
2 eo qui cer. loco l. certum. de fundo instru. l. si cui. † nam dispo
sitio spẽalis derogat ei quæ virtute iuris, vel vi verborum intel
ligitur inclusa. ff. de vul. & pup. l. cohæredi. §. qui patrem. C. de
pac. conuen. l. fi. no. Dy. in regula accessorium. lib. 6. C. de luitio-
ne pigno. intelligere. de hoc in d. c. debitores, ex hoc dic, ꝙ iu
ramentum non est omnino accessorium. In glo. fi. ibi, delega
ti h d. glo. habito respectu ad subscriptionem antiquam, in
qua erat, omnib. Christianis. sed in illa hodie non hr: ideo ve-
rius quod sequitur in glo. ꝙ tanquam ordinarij, vt si dicatur,
cogatis. s. vos iudices competẽtes. In fi. eius. gl. quæro, an pos-
3 sit iudex † ecclesiasticus coram quo petit relaxatio iuramen-
ti hoc facere parte non citata, dic ꝙ non: vt no. Fede. de Senis
in consilijs, consi. 290. pro hoc facit quod no. Inno. quod me.
cau. ad aures. vbi dicit, ꝙ eps̃ antequam absoluat a iuramento
ꝑ metum extorto, cognoscet an fuerit metus qui poterit ca-
dere in constantem. pro hoc est quod notat idem Inno. ꝯ. eo.
debitores. Idem Spe. ti. 2. §. nunc ostendendum. ver. 34. & ver.
hoc quoq;. debet ergo aduersarius citari: alias cognitio non
teneret. de consti. ecclesia. in glo. vl. Est enim actus iudicialis,
ex quo agitur de præiudicio alterius: & quod requiratur cita
tio, tenet Io. An. in Spe. eo. ti. super rub. in fi. Vr casus de foro
comp. c. fi. lib. 6. cum ibi citetur iurans antequam cogatur obser
uare, ergo & is cui iuratur, citari dẽt antequam iurãs absolua
4 tur: † quia actoris & rei dẽt esse æqua conditio. de in integ. re-
sti. c. 1. & difficilius dẽt procedi ad absolutionem, quam ad co
gendum ꝙ obseruetur. ꝯ. eo. si vero. nec potest hoc casu eps̃ ꝓ
cedere ex officio: vt no. Ioan. And. in d. c. fi. de foro comp. pro
hoc est quod no. Inno. ꝯ. eo. ad nostram. 2. & sic consului. &
in hoc multotiens erratur. Quæro in eo quod dixi, ꝙ hæc re-
laxatio fit per iudicem ecclesiasticum, quid si florentinus iu-
rauit Bon. soluere vsuras. poterit ne florentinus petere ab ip-
so florentino relaxari iuramentum. Solu. fuit in facto, & con
sulium ꝙ non: quia florẽtinus non est iudex creditoris Bon.
vbi contractus fuerit initus florentiæ: & adhuc non est iudex, nisi

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum præstitum a prælato de rebus ecclesiæ non repetendis non valet.*
2 *Prælatus res ecclesiæ suas dicere potest.*
3 *Prælatus non potest alienare de rebus ecclesiæ, nisi seruata forma.*

1 Peruenit. † Non valet iuramentum præstitum a præ-
lato de rebus ecclesiæ non repetendis. h. d.
secundum glo. vel inhæiẽdo literæ, sic. Iuramentum non vo-
luntarie præstitum relaxatur a Papa. Primo ponit factum. Se
cundo decisio, ibi cognita. In gl. j. ibi, ecclesiæ suę, ex hoc col-
ligitur vna lectura, quod hic loquitur de iuramento præstito
per prælatum de non repetendis rebus ecclesię, & secundum
a hanc procedit summarium primum. † Ex hac nota, quod
prælatus res ecclesiæ potest dicere suas: pro hoc, quia compa-
a ratur vsufructuario. a vt nota. de pecu. capitulo final. & vsus-
fructus est pars dominij. ff. de vsufruct. l. 4. de illa tamen com-
paratione, an comparetur vsufructuario, & in quo, dic vt di-
co in dicto capitulo final. Oppono ad hoc: quia si loquitur
hic de rebus ecclesię, iuramentum non tenuit, & sic non pro
cedit litera, ibi, absoluimus. Solu. vt in glossa vltima. sed quia
hæc lectura videtur improbare literam ibi, rebus suis, ideo
ponitur secunda lectura, quod hic iurauit de rebus suis non
repetendis, & iuramentum tenuit in suum præiudicium. sed
quia fuit coactus ad iurandum, absoluitur: quod dic, vt in
glossa sequenti. Ex hoc colligitur secundum summarium,
& vtraque lectura bona. In gloss. secunda, ibi, non tenet, sed
litera facit in contrarium scilicet, quod tenet, & est opus ab-
solutione, & sic verior est sequens opinio. ibi, de rebus eccle-
3 siæ, de hoc supra glossa proxima, & pro hoc, quia † prælatus
b non potest b alienare de rebus ecclesiæ non seruata forma. 11.
q. 2. sine: sed si valeret iuramentum, esset tanquam quædam
alienatio. dicit tamen Innocen. quod ipse prelatus qui iurauit
non repetet, sed dabitur curator bonis. de hoc curatore, in
cap. fin. libro sexto, de iudicijs, & ipse prælatus constituet pro
curatorem qui nomine ecclesię repetet. pro hoc de inst. cum
venisset. si tñ ꝑ alium non possent res ecclesiæ recuperari, da-
bitur prælato licentia conueniendi: quia iuramentum non pos-
set seruari sine interitu salutis æternæ ꝯ. e. si vero, & c. tua. & c.
sicut nostris. nam talia iuramenta potius dicuntur periuria.

A D D I T I O.

a Comparatur vsufructuario. Adde glo. in verbo reseruari in cap. præsenti. de officio ordin. lib. 6.
b Prælatus non potest. Adde doctores in capitu. nulli liceat. de rebus ecclesię non alienan.

S V M M A R I V M.

1 *Fidem frangenti fides est frangenda.*
2 *Regula, frangenti fidem &c. quomodo procedat.*

Peruenit.

PEruenit. Qui iurauit non tenetur obseruare iuramentum alteri idem iuranti, & nõ
1 obseruanti. vel breuius. Frangenti fidem † fides ēt
frangatur eidem. Primo ponitur ratio. Secundo di-
ctum: ibi, nec tu. & varie potest exemplificari, ꝙ ēt liquebit, ex
J. dicendis. In glo. fin. ibi, innocens, ibi non dr̄ fidem seruan-
a dam a esse frangenti fidem: sed fidem seruandam ēt si p̄ frau-
dem sit extorta. p̄ hoc facit, quia non debet iurans sua autho-
ritate ꝯtrauenire, sed superioris, de elc. venerabilem. ibi c. qd̄
Deo, dic ꝙ ibi votum castitatis emissum a viro & vxore con-
cernit Deum, & non ipsos iurãtes principaliter. ideo, dato ꝙ
alter violet, tñ alter tenetur implere. alias stat regula literæ,
2 † frangenti fidem &c. & procedit in obligatione circa idem:
secus si circa diuersa. C. de pac. l. cum proponas. vbi no. Pet. p̄
hoc ff. de eo per quem factum erit. l. fi. §. pe. qñ enim circa di-
uersa rumpatur in vno capitulo: nihil non possunt rumpere
in alio, nisi essent capitula coniuncta in vna obligatione: tunc
enim habent vim vnius, facit de spon. sicut, de pœnis, consti-
tutus. de appell. secundo requiris.

ADDITIONES.

a Fidem seruandam. Adde glo. in c. inter verba. 11. q. 4. glo. in c. quod Deo. 33. q. 5. glo. Anto. de But. & Do. in cap. cum inter. de elect. glo. & Bald. in l. vt responsum. C. de transact.

SUMMARIUM.

1 Episcopi non seruantes canones veniunt contra suum iuramentum.
2 Episcopus cum iurat an debeat tangere euangelia.
3 Iurans alteri fidelitatem tenetur, saluo honore suo.

EGo N. episcopus. Ponit formam iuramenti ꝙ prælati præ-
stant Papæ, & fuit in prima compilatione. de elc. nõ
1 diuiditur, quia ꝯtinet vnum. † No. ibi regulas sanctorum pa-
a trum, ꝙ ep̄i non seruantes canones a veniunt ꝯ suum iuramē-
tum, & hoc si iurarunt in forma de qua hic, & communiter
sic iurant. item ibi, vocatus ad synodum &c. ꝙ non accedens
ad concilium, & non p̄peditus, est periurus, & hoc qñ est vo-
b catus, & sufficit vna vocatio. b 18. di. si ep̄s, in glo. vl. pro hoc ꝙ
no. de hæret. cle. 1. in gl. in ver. requisierit, & quod dico de off.
2 deleg. cum cã, & c. ꝯsuluit. † Item ibi, hæc sancta euangelia, ꝙ
ep̄s cum iurat tangit euangelia, quod p̄bat demonstratiuum
hoc, & procedit qñ iuratur sub hac forma. secus in iuramen-
to calumniæ, vel qñ iurat testis, vt testis. 11. q. 1. non flagitetur.
de iura. cal. c. fi. vbi de hoc. de ele. vt circa lib. 6. in glo. p̄ hęc, &
c no. ꝙ hoc casu, dēt tangere euangelium: c nec sufficit tangere
aliud corpus, p̄p̄ expressionem euangeliorum de qua hic. de
hæret. cle. 1. §. porro. In gl. vt no. in fi. & nescio alibi, & sic feci
sæpe seruari. qñ autem quis tenetur iurare, sed nõ ꝙ iuret ta-
ctis euangelijs: sufficit tangere aliud corpus. In glo. fm̄ ꝙ no.
3 ex glo. iuncta literæ, † qui iurat alteri fidelitatem, tenetur sal-
uo honore suo. licet enim hoc exprimatur hic: tñ ēt si nõ ex-
primatur subintelligitur. arg. J. c. petitio. & p̄ hoc declaratur
glo. præcedens, quę intelligit de consilio honesto, quam aliq
redarguunt dicentes ꝯsilium Papæ semp̄ honestũ, sed dic. ꝙ
sic dēt esse. Item ēt alias honestum nõ teneť tenere secretum
ꝯ honorem suum, vt in hac glo. & ibi honorem, alias ordinē,
& vtraq; bona. In glo. si constiterit. ibi, nobilissimus, de hoc
ibi. & de priui. cum olim. el 1. In glo. vl. ibi, nullo medio, idem
si sunt non immediati, dummodo sic iurauerint.

ADDITIONES.

a Episcopi non seruantes canones. Adde gl. c. sacerdotes. 2. q. 7. quæ vult, quod a prælato non seruante canones potest recedi, sicut receditur ab excommunicato, & ab alio præciso ab ecclesia, & illam gl. sequitur Lud. Ro. singulari. 510. incip. curialis. illa intellige de non seruante ex contemptu. secũdum Ab. in c. non liceat. in 1. col. de præscrip. Ab. in c. sciscitatus. in 2. col. de rescrip.
b Sufficit vna vocatio. Adde Lanfran. in repe. cap. quoniam contra falsam. de proba. in 14. colum.
c Tangere euangelium. Adde glo. sedes summæ. 22. q. 1.

SUMMARIUM.

1 Clericus non habens administrationem non tenetur iurare Episcopo.

NVllus. In superscriptione est vrbanus tertius. dēt
dicere secundus per id quod habetur J. c.
cum quidam, in superscriptione breue. vel per alia
1 verba. Clericus † non habens administrationem nõ
tenetur iurare episcopo. In glo. 2. ibi, secundum istud. vel in
hoc stetur consuetudini, dic tamen melius standum glo.

SUMMARIUM.

1 Iuramentum & promissio qualiter differant.
2 Iuramentum pręstitum homini seu ad commodum hominis obligat Deo principaliter.
3 Actio non oritur ex iuramento.
4 Iuramentum & promissio non differunt quo ad Deum.
5 Regula, accessorium, quando locum habeat.
6 Regula, cui damus actionem, &c. quando procedat.
7 Regula, dolo facit, quando procedat.
8 Vsurę sunt indebitę de iure diuino & canonico.
9 Soluens scienter indebitum an repetat.
10 Debitor an sit cogendus implere iuramentum de soluendis vsuris.
11 Debitor vsurarum post terminum audietur petens absolui a iuramento.

DEbitores. Allegabile multum, & habet diffi-
cilia in glosis. Qui se obligauit ad
vsuras soluendas, soluere non cogitur nisi iurauerit,
quo casu cogitur, sed repetit. habet tria dicta. Secun-
1 dum ibi, si vero. Tertium, & cum. † No. dr̄iam inter p̄missio-
2 nem, & iuramentum, de hoc J. Item ibi, dño. † ꝙ iuramen-
tum p̄stitum homini seu ad commodum hominis obligat
Deo principaliter. ad idem s̄. tit. 1. literas. ibi, piurium in Deũ,
ꝯ s̄. c. j. dic vt dico de insti. cum venissent, & ex hoc infertur, ꝙ
3 † ex iuramento a non oritur actio, quod dic vt dico in d. c. cũ
a venissent. Item casum in quo valet accessorium b sine princi-
b pali. de hoc J. & dixi s̄. c. 1. In glo. 1. ibi, est seruandum, ꝯ, quia
4 inter † promissionem, & iuramentum c non sit dr̄ia. 22. q. 5.
c iuri. Sol. Deus nõ hēt dr̄iam, vt in ꝯtio: sed iudicium ecclesiæ
militantis sic: vt hic. plus. n. puniť, & plus peccat transgressor
iuri. 24. q. 5. non afferamus, dic ēt, ꝙ inter promissionem & iu-
ramentum non est dr̄ia: quia vtrunq; seruãdum: & vtroq; ca-
su violans peccat, & sic in hoc conueniunt, sed differunt in
quantitate reatus: quia magis peccat violator iuri. In fi. eius.
glo. dic vt s̄. c. 1. & dicit Inno. de pac. pleriq;, ꝙ regula accesso-
rium, procedit in pactis ꝯ l. non præter legem. ꝙ no. glo. C. de
pac. pacta quæ ꝯ: Host. dicit, ꝙ, quia iurm̄ potius obligat Deo
quam homini, valet, ēt si promissio non valeat: quia est quid
principale, & dic plenius, ꝙ iõ tenet hic accessoriũ sine prin-
cipali: quia in accessorio est sp̄alis rõ seu promissio vel disposi-
tio. s. metus periurij. ꝙ dixi s̄. c. 1. vñ dic, ꝙ qñq; accessorium
5 † oĩno dependet a principali, & p̄cedit rl̄a accessorium, qñq;
nõ oĩno. vt C. de luitione pigno. intelligere vbi obligatio hy
pothecaria est accessoria oblõni p̄sonali: nõ tñ oĩno. tollit. n.
personalis hypothecaria. d. l. intelligere, & tunc non hēt locũ
regula accessorium, qñq; accessorium ex sui nã alteri accedit
& nullo modo dependet a principali, vt hic: & tunc adhuc
multominus locum hēt d. regula. hic. n. promissio est nulla,
& iurm̄: & accessorium tenet. sed magis proprie dr̄ principa-
le, licet alias posset esse accessorium. In glo. 2. §. placent. dicit
Gof. ꝙ hic non competebat exceptio: quia creditor non age-
bat, quod nihil est, pone enim, ꝙ iurauit debitor soluere ad
certum terminum: interest sua ne permittat labi terminum,
ēt si creditor non petat, ne sit periurus. Alij aliter. dic ꝙ regu-
6 la, † cui damus actionem &c. p̄cedit qñ circa idem competit
actio & exceptio. secus si circa diuersa, vt hic. actio. n. ad repe-
tendum non competit nisi post solutas vsuras, exceptio aũt, si
competeret, opponeretur prius: & tũc subest metus periurij,
qui cessat post solutionem. pro hoc quod no. in regula qui ad
agendum. lib. 6. ibi. §. dolo facit, dic ꝙ hic non dr̄ ꝙ admitta-
tur petens vsuras: sed ꝙ iurans cogitur soluere, vt euitet periu
rium. Item, etiam si præsupponatur ꝙ audiatur petēs vsuras,
dic ꝙ potius consideratur timor periurij: & forte non erat iu
ratum expresse de soluendis vsuris, sed implicite: vt quia cre-
ditor mutuauit centum, & exegit iuramentum de soluendis
200. & hoc plenius J. dico. Item tp̄e quo petunť non est debi-
tori orta actio ad repetendum, sed demum oriť post solutio-
7 nem nõ p̄cedit ergo regula, † dolo facit, quia adhuc nõ est ve
rũ dicere ꝙ creditor teneť restituere. Item illa regula locum
habet qñ non subest aliud inconueniēs, ꝙ hic subest. s. metus
p̄iurij: ibi, indebitum. Sol. vt J. in glo. ibi, ad hæc, dicas ꝙ hæc
vult ꝙ iõ repetit, quia nõ sp̄õte soluit, sed coactus, metu iurĩ,
8 aliter etiam soluit glo. quod vno iure soluit, alio iure repetit:
d quia vsurę sunt † indebitæ de iure diuino, d & canonico, quod
no. &

ADDITIONES.

a Ex iuramento. Adde Archi. in c. nos inquemquam. 2. q. j. Ant. de Bu. in proœ. Grego. in 13. col. Ant. de But. in c. cum venissent. de insti. in 11. col. diffuse per Io. de Imo. in rep. c. per tuas. in 36. colum. de arbi.
b In quo valet accessorium. Adde Pe. de Anch. in repe. regulæ accessorium. de regu. iur. lib. 6.
c Inter promissionem & iuramentum. Adde Arch. in c. j. de sepul. lib. 6. Ab. in c. qualiter. de pac. Car. in c. ad aures. in 4. q. quod met. causa.
d Vsuræ sunt indebitæ de iure diuino. Adde tex. in c. quia in omnibus. de vsuris. c. quoniam multi. 47. dist. glo. 1. in c. super eo. de vsuris. Thom. 2. 2. q. 76. alias 78.

no.& quod dr̃,ꝙ soluens scienter indebitum non repetit, ꝓ-
9 cedit nisi repenatur ius hoc permittẽs:† tunc enim quamu s
videatur donasse soluendo,renunciasse non dr̃,quia iuri futu
ro non renunciatur.ff.de reg. iur. non pōt. no.de decimis.ex
multiplici.in glo.2.& pro hoc est,ꝙ no.J.eo.ad nostram.el 2.
in glo.anrep.Item quod dr̃,ꝙ soluens scienter indebitum nō
repetit,ꝓcedit qñ tute & licite ꝯ petentem potuit opponi de
indebito.alias secus.sicut fuit hic:quia nō tute potuit excipe-
re ne incurreret periurium.pro hoc facit ꝙ no.Cy.C.de cōd.
indeb.l.1 & Bar.ibi,& ff.quod vi aut clam.l.1.§.deniq;.ibi,qui
hominem.§.vl.sed illę leges loquunt̃ in efficaciter obligato,
& obligatione nō vitiosa ex parte creditoris. Item iste soluit
consilio iuris,iō remanet sibi saluum ius repetẽdi. argum.J.
c.prox.de sponsa.commissum.Item illæ leges loquuntur,qñ
solutio taliter fit ꝙ dñium nō transit in creditorem:sed si fit,
liberatur creditor:licet alio iure hoc ꝯsequatur , vel repetat.
ff.de solu.si quis duos.hic autem transfertur dñium. sed alio
iure repetitur.ibi,non petũt absolui:sed pauci aut nulli essent
qui non peterent,& sic raro vel nunquam locus esset huic c.
ꝙ debent soluere,sed dic ꝙ potest esse ꝙ debitor petijt credi-
torẽ cogi ad relaxandum iuramentum: sed non potuit cogi,
quia non curauit de censura ecclesiastica, & si dicas, ꝙ tunc
posset eps̃ absoluere debitorem a iuramento:dic ꝙ licet Inn.
hoc sentiat hic : tñ ẽt hoc præsupposito possibile est ſm Inn.
ꝙ non potest fieri absolutio:vt quia creditor non est præsens
nec iudici cōstare potest ꝙ ex cã vsurarum sit iuratum.quod
dic vt dixi s̃.c. 1. Item vr̃ difficile sustinere ꝙ iudex aliquo ca-
su possit absoluere a iuramento isto,cum non reperiatur iu-
re permissum:sed solum ꝙ cogitur creditor ꝑ cẽsuram eccle
10 siasticam ad relaxandum. d.c.1. In fi. eius.gl.oppo. ꝙ † debi-
tor non sit cogendus implere iuramentum de soluendis vsu
ris, est enim illicitum ꝙ possit debitor a iuramẽto absolui J.
c.cum quidam. Solu.debitor non petijt absolui,vt in glo.vel
dic,vt proxime dixi,ꝙ etiam si petat,nō debet absoluere, sed
creditor relaxare,& si non potest cogi debitor,tenetur serua-
re iuramẽtum,quod licet sit illicitum ex parte creditoris:nō
sic debitoris J.c.1.in glo.1.Item ex eo quod proxime dixi ſm
Inn.ꝙ non poterat constare quod ex cã vsurarum,pōt exem-
plificari litera qñ debitor iurauit absoluere vsuras non expli-
cite,sed implicite:vt quia creditor mutuauit centum:& debi
tor iurauit soluere ducenta , dicens sibi mutuata ducenta, vt
communiter fit,& quod dicit litera ibi,soluẽdas vsuras,intel
ligit ad quas se obligauerat modo prædicto.s.implicite:& sic
intelligendo cessat ꝑiurium : qa iuramẽtum in apparentia erat
non illicitum tunc respectu creditoris,sed si ponatur ꝙ iura-
uit reddere vsuras explicite,vt quia iurauit reddere centum ꝓ
capitali,& quinquaginta ꝓ vsuris , vr̃ ꝙ si creditor peteret sit
libellus lacerandus tanquam continẽs peccatum.pro hoc de
fil.presby.constitutus,& quod ibi dico.,& quod no.Inno. de
offi.vica.c.1.posset tñ dici,ꝙ habetur magis respectus ad debi
torem ne incidat periurium,& sic ꝙ vtatur consi. huius c. ꝙ
ad creditorem,& sic intelligendo erit casus mirabilis hic , ꝙ
libellus ex parte petentis,vt hic,non reijcitur, vt euitetur pec
catum maius respectu rei.s.periurium , vt hic,clarius tñ pro-
cedit hæc litera exemplificata,ꝙ primo modo. In glo.si hãc
declara per dicta s̃.proxima.ibi,propositum,alias est sub c.ita
11 ne.Quæro,† si lapsus est terminus quo debitor iurauit solue
re vsuras , an post terminum audietur petens absolui a iura-
mento.Fede.cons.290 quod non:quia frustra legis auxilium
&c.de vsur.quia frustra.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum debet impleri in forma specifica.*
2 *Excommunicatus non absoluitur nisi præstita sufficienti cautione.*
3 *Compensatio non fit de specie ad quantitatem.*
4 *Conditio debet adimpleri formaliter.*
5 *Substitutio vulgaris vt habeat locum , requiritur quod institutus non sit hæres.*

AD nostram. Debitor qui iurauit super re
pignorata non inferre graua
men creditori donec soluit pecuniam, non audit̃
repetẽs rem ante solutionem pecuniæ,ẽt si ex fru
ctibus perceptis a creditore sors sit æstimata , & est casus sin-
1 gula.communis diuisio:ibi,ideoq;.† No.ꝙ iuramentum dẽt
impleri in forma specifica,quod J.declaro.Item,quod condi
2 tio dẽt impleri ẽt in forma specifica,ꝙ ẽt J.dico.† Item,ꝙ ex
communicatus non absoluitur nisi præstita sufficiẽti cautio-
a ne.a Item,ꝙ de fructibus ad pecuniam non fit compensatio.
de hoc J. Item,ꝙ absolutus ab excommunicatione q postea
non paret ecclesię,reducit̃ in eãdem excommunicationẽ, &
dic eandem in genere. de sen.excom.eo: qui.lib.6.de offi.or.

ad reprimendam qōnem.sicut illud : mulier damnauit quæ
saluauit.In glo.2.in fi.de hoc de app.qua fronte.in glo.in ver.
cautione,& dic vt ibi dico.no.ẽt de sen.excom.ad hoc.in glo.
fi.In glo.ea.in fi oppo.aut enim P.appellauit ab archiep̃o,aut
non.si sic,non debuit ad eum remitti, cum appellatio fuerit
iusta.de ap.c.accepta.si non appellauit , sñia archiep̃i transiuit
in rem iudicatam.de re iudic.cum inter. nec debuit audiri P.
Solu.ſm Inno.P.non appellauit,nec Papæ constitit sñiam ar
chiepiscopi fuisse iniustam , ideo exigitur a P. sufficiens cau-
tio ante absolutionem,quæ alias nō exigeretur si excommu-
nicatio fuisset iniusta.de rescr.c. ab excommunicato. vel ſm
Inno.dic,ꝙ non fuit appellatum,& fuit excommunicatus ꝓ
contumacia,& hoc fuit iustum:ideo præstat cautionem. sed
sñia restitutionis rerum fuit iniusta:iō ꝯ ipsam mandatur de-
bitori,vt restituat res creditorib.tñ,quia iudex mãdauit de re-
bus occupandis,excusatur debitor a pœna ꝯstitutionis siquis
in tantam.C.vñ vi.de hoc in gl.vlt.& dicit Inno.hoc plus sibi
placere,dic ꝙ non apparet hic ꝙ archiep̃s mãdauerit res resti
tui,in litera ibi,ꝑꝑ hoc,dic non tñ apparet ꝑꝑ quid.Item non
apparet ꝙ P.appellauerit, & pōt intelligi ꝙ sine appellatione
conquæstus fuit : quo præsupposito Papa mandat absolui ab
excommunicatione tanquam iusta:quia sufficit ꝙ non appa
rebat iniusta.Item mandat restitui res ꝑꝑ iuramentum:quia
non apparebat in ꝯrium de sñia quæ transiuisset in rem iudi-
tam pōt tñ esse ꝙ P.iuste fuit excommunicatus,& ꝙ debito-
res iniuste subtraxerunt res.In gl.3.ibi,quam dedit.hoc decla
ratur J.in gl.sed in casu isto vsq; ad fi. colliguntur duo modi
intelligendi ex hac glo.Primus,ꝙ debitores tenentur soluere
integram pecuniam,ẽt si creditor ꝑcepit aliquos fructus, &
b ſm hoc fructus hoc casu non computant̃ in sortẽ,b ꝙ operat̃
iuramentum:vt in glo.ſm quam debitores tenentur soluere
integram pecuniam.i.totam sortem mutuatam: & postea re
peret id qd̃ recipiet creditor de fructib.tanquam indebitum.
secundum modum intelligendi ponit glo.ibi,vel donec sol-
ueret creditori pecuniam,computatis tñ fructib.in sortẽ.pri-
mum vr̃ tenere glo.& communiter tenet̃. sed in eo ꝙ glo.di-
cit ꝙ hoc operatur iuramentum:alij dicunt ꝙ hoc iō est: qa
3 fructus non pñt compensari,cum sint tanquam spẽs : & † de
spẽ ad quantitatem non fit compensatio.ff.de pig.act.l. si cō-
uenerit.de deposito c.bonafides, erant autem fructus tanquã
spẽs.quia extabant.secus in consumptis.tunc enim compen-
sari pñt,vt quantitas,si de hoc liquet.vt no.glo. C.de compẽ.
l.qui ꝑꝑ & plenius.ff.solu.ma.l.diuortio.§. si ꝑꝑ donationes.
hæc fuit solutio Phi.& est vera.& ꝙ fructus extarent , eo ipso
apparet ꝙ non docetur eos consumptos. Alij,vt Tan.& Vin.
dicunt,ꝙ non pōt liquere de fructib.ꝙ est diuinare : sed hoc
præsupposito hæc sol.est vera: quia non liquidi ad liquidum
c non fit compẽsatio.c vt no.in d.c.bonafides.Alij,vt refert In-
no.dicunt,ꝙ locus est compẽsationi qñ creditor agit,sed hic
nō agebat:ꝙ nihil est:qa ẽt si non agat:tñ,si obstaret compẽ-
satio,audiretur volens compensare, nec a iudice cogeret̃ sol-
uere quatenus satisfactum esset ꝑ compẽsationem,& ipse ẽt
Inno.non stat huic sol.sed tenet id quod glo.ꝙ hoc operatur
iur̃m,& dicit ꝙ iō iuramentum hoc operatur,quia iurarunt
non molestare nisi soluerent . licet autem sit satisfactum ex
fructib.non tñ est solutum proprie loquẽdo. secus si debitor
iurat non molestare nisi satisfecerit: tũc enim si satisfactum
est de fructibus,non tenetur ex iuramẽto,& hæc signa.& ſm
hoc quod dicit gl.ibi donec creditori fuerit satisfactum,me-
lius diceret solutum,& si dicas ꝙ hæc differẽtia Io.An. videa-
tur verbalis:quia si est satisfactum:ergo & solutum. dic,ꝙ ex
hoc possumus stare illi sol. ꝙ non fuit locus compensationi.
illa tñ non conuenit literæ quæ considerat iuramentum . vñ
defendendo differẽtiam Io.An.dic,ꝙ isti non solum iuratũt
non molestare nisi soluerint:sed nisi soluerint pecuniam sci-
licet mutuatam:nō enim potest de alia intelligi.fuit ergo iu-
ramentum

ADDITIONES.

a Cautione. Adde quid veniat nomine cautionis,vide gl.2.in c. de Benedicto.
32.q.1.& in l.habere.in §.cautum.ff.de verb.sign.glo Bartol. & Baldus in l.
sancimus.C.de verborum significatio Bal.in l.prima.in principio.C.de pro-
curatoribus.

b Non computantur in sortem. Adde l fructus & ibi Bar.ff.sol.ma.& in l.sed
si hoc.in § quædam.& ibi Bal.ff.de cond & demon.

c Non liquidi ad liquidum non fit compensatio. Adde quod hoc limitatur nisi
debitum esset factum liquidum per confessionem meam:tunc cum illo debi
to liquido per meam confessionem debet fieri compensatio cum eo, quod
est liquidum,vt est glo.in l.fi.in gl.3.in verbo coniuncta.C.de compen.quam
glo.ibi expresse no & ibi sequitur Cyn.in 12 q. idem tenet Abb. in cap.fin.
in pen.colum.de deposito,& illam limitationem multum no.Bar.veron.cau
tela.112.& cautela.163.quamuis contrarium tenuerint Bal.& Pau.de Cast.
in d.l.fin.C.de compens.

4 ramentum sub hac conditione receptum. ꝯditio †vero debet
adimpleri formaliter.de cond.& dem. Meuius.de verb.obli.
qui Romæ.§ flauios,& l.quidam cum filium.in prin. etsi nõ
põt impleri de iure,dẽt impleri de facto d.l.Meuius.& sic spe
cialitas huius c.magis est respectu ꝯdõnis formaliter implen
dæ,quam respectu iuramẽti,nisi hoc respectu, quod cessante
iuramento repellerentur creditores agentes ex ꝓmissione s̃.
c.proxi.sed obstante iuramento non audiuntur debitores vo
lentes ꝓbare fructus ꝑceptos qui æstimãt sortem,ne sint pin-
ri,cum iurauerint non molestare nisi soluerint pecuniam,te
nentur ergo soluere pecuniam,vt satisfaciãt ꝯditioni,saltem
de facto.d.l.Meuius.ẽt si creditori sit satisfactum,ꝙ est singu-
lare,& sic summaui,& hic ꝓbatur aperte,& procedit in con-
ditione voluntaria,qualis fuit hæc,secus in necessaria ꝯdõne
ad ipsum actum,vel ad effectum ipsius actus:quia tũc sufficit
ꝙ impleatur in effectu:& non refert quid ex ęquipollentibus
fiat.ff.de lib.& posth.l.Gallus.§.& quid si tãtum, exemplum
primi,qñ requiritur ad ipsum actum,in substitutione vulga-
5 ri, †quæ vt habeat locum requiritur ꝙ institutus non sit hæ-
res:modo,si exprimitur vnus casus ꝑ quem põt non esse hæ-
res,porrigitur ad alium similem.d.§.& quid si tantum,exem
plum secundi,qñ conditio est necessaria ad effectum actus,si
relinquit filiofa.ad hoc,vt effectualiter habeat,requiritur; ꝙ
sit sui iuris.modo si exprimitur vnus casus ꝙ sit sui iuris,por-
rigit̃ ad alium similem.ff.ad Treb.l.mulier.in prin.C.de inst.
& subst.l.si mater.de hoc in d.§.& quid si tantum,per Pet.&
Bar.pro hoc,quia vt passus missionem recuperet possessionẽ,
expedit ꝙ caueat,& sic ista conditio,si cauerit, est necessaria:
sufficit autem ꝙ per eum non stet.de eo qui mitti.in pos.c.2.
& sic oportet ꝙ impleat formaliter,sed in effectu , &. hæc si-
gna.In glo.fi.ibi,extat edictum,sed ibi de creditore occupan-
te pignus,hic de debitore.ibi,authoritate iudicis . hanc tenet
Inno.ibi,vel aliter.pro hoc facit,quia ad Papam non pertinet
de possessione,nisi quantum ad prohibitionem vsurarum,&
periurij.facit de foro comp.c.fi.lib.6.In fi.eius.glo.& quęlibet
prædicatum solu.potest tolerari.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum per metum extortum remittitur in Romana curia.*
2 *Iuramento nunquam est contrauenien dum propria authoritate .*
3 *Metu gesta tenent,sed rescinduntur.*

1 SI vero. †Si iuramentum per metum extortum
põt seruari sine interitu salutis æternæ
seruandum est : ecclesia tñ Romana consueuit ab-
soluere a tali iuĩo. communis diuisio:ibi. In gl.2.
ibi,temporalis,vt de salute corporis ibi seruãdum est,si tñ phi
sici iudicarent eum mortuum,si ibi moram traheret,non te
neretur obseruare:quia videretur nõ occasionaliter,sed dire-
cte.v.g.in interitum salutis temporalis.i.vitæ.ꝑ hoc est ꝙ no.
Archi.de pac.c.a.lib.6.Et ꝙ dicit litera,interitum, alibi dicit,
dispendium s̃.c.cum ꝯtingat.d.c.2.de pac. & dr̃ dispẽdium.i.
detrimentum,& hoc ẽt sufficit.vnde non tenetur obseruare.
2 s̃.c.quanto,& dic,ꝙ †nunquam est ꝯueniẽdum ꝓpria autho
ritate,ẽt si vergat in interitum vel dispendium salutis,non p̃-
cise,sed occasionaliter,ita.s.aliquo casu põt esse licitum.d.c.q̃
to,vbi pro obseruatione iuri cudit moneta ꝯsimilis antiquæ,
& obseruat iuramentum in effectu,licet non in forma. secus
si præcise vergat in interitum seu dispendium salutis . i. quia
nullo casu põt esse licitum,& hoc vult gl.In gl.arg.ibi.l.1.hęc
3 potius facit ꝯ:quia † gesta metu tenẽt:sed rescindunt̃.de hoc
a ꝙ me.cau.c.2.& sic iuramẽtum metu extortum a obligat,sed
fit absolutio:vt hic.ibi,alia.hæc opinio põt procedere de foro
pœnitentiali,vbi creditur ꝯfitenti:non sic in iudiciali,de spõ-
sa.tua.ibi,est obligatorium,& hæc vera.vnde requiritur abso
lutio,vt in litera.& ꝓ hoc de elec.venerabilem.ver.pe. & s̃.c.
verum.ibi,assertorium.i.assimatorium , & pręstatur de pñti,
vel præterito.quo casu ẽt ꝑ metum non debet quis iurare fal
sum.sed potius dẽt oĩa mala pati &c.vt in gl. ibi.ꝓmissoria, q̃
præstantur in futurum , vt cum quis iurat se non molestaru-
rum &c.& s̃.c.proxi.& hoc vt dicit glo.non obligat, subaudi
in effectu:quia fit absolutio.sed interim obligat,vt s̃. in glo.

A D D I T I O.

a Iuramentum metu extortum. Adde glo & Archi.in c.authoritatem. 15.q.6.
Inno.in c.veniens.infra e.Arch.in c.qui sacramento.22.q.5. Spe.ti. de lega.
in nunc ostendendum.ver.24.Tho.2.2.q.70.arti.7.

S V M M A R I V M.

1 *Monachus obligatur ex iuramento*
2 *Obsides inter quos dentur.*

EX rescripto. Monachus qui iurauit pro
debito monasterij stare in
obstagio,& fideiussor qui iurauit creditorem ser-
uare indemnem,iuramentum seruare coguntur.
1 communis diuisio.ibi.ideoq;. † No.ꝙ monachus obligatur
ex iuramento,ex hoc colligitur s̃m aliquos,ꝙ ex obligatione
naturali datur actio:quia monachus non põt obligari ciuili-
ter.de hoc dico de pac.c. 1. & põt dici ꝙ hic non probat̃,quia
monachus de licẽtia abbatis,& ꝓ vtilitate monasterij põt effi
caciter obligari de accu.ex parte.Item,ꝙ maritus & vxor ob-
ligantur in eo.ꝯtu.ꝯ.C.ad velle.auth. si qua.de hoc in Spe.de
oblig.& solu.§.1.ver.sed pone.& seq. Solu.põt hic intelligi ꝙ
non in eo.instrumẽto,sed in diuersis se obligant.In glo.1.ibi,
illorum.s.monachorum.Item ẽt cum voluntate abbatis, &
sic non proprie detinebantur:sed voluntarie stabant ꝓ obsidi
bus,& ex hoc non põt dici ꝙ detinentes sint excommunicati
ꝑ c.nuper.de sen.excom.ibi,vt ius ꝯstituatur in eo.vult dicere
ꝙ non põt dare obsides cum hoc ꝙ creditor censeatur habe-
2 re ius in eis,vt pignoribus.dic ꝙ † obsides proprie non dãtur
inter priuatas personas:sed tantum inter eos qui possunt in-
dicere bellum iustum:& tũc fiunt serui,ita ꝙ testari non pñt.
ff.de testa.l.obsides.sed inter eos qui nõ pñt indicere bellum,
vel inter priuatas personas dantur obsides improprie, & hoc
est vsurpatum.i.vsu receptum.no. Azo in summa. C.de pac.
qui fil.distra.& gl.in l.a.illius ca.potest tñ dici ꝙ in hoc nulla
est vsurpatio irrationalis , ex quo non violatur ius : quia isti
non fiunt serui.nec in aliquo mutatur eorum status.& de ta-
libus hic,& in c.vt pridem.alleg.in glo.

S V M M A R I V M.

1 *Violans iuramentum voluntarie ab ecclesia remouetur.*
2 *Beneficium si conferatur periuro,collatio dicitur nulla.*
3 *Periurus remouetur ab administratione beneficij.*
4 *Vicarius perpetuus comparatur prælato.*

1 QVærelam. † Qui voluntarie violat iuramen
tum ab ecclesia remouetur . pri-
mo ponit quærelam. Secundo dat iudices.ibi, quo-
niam.In glo.prima.in fin.sentit glo. quod iste tene-
bat ecclesiam iure emphiteosis , quod non videtur conso-
num literæ:ibi,non merentur ecclesias regere &c.de hoc s̃.
in gloss.vltima,& super ea.In glo.secunda.ibi,sunt enim infa
a mes,nota glo.quod periurus est infamis,a & dic vt dico de te
2 sti.testimonium. †Quæro,si periuro confertur b beneficium.
b Feder.consilio 50.dicit quod collatio est nulla , cum sit infa-
mis:quod procedit hoc præsupposito quod sit infamis. nam
collatio facta infami nulla est , de excessu prælatorum . in-
ter.vbi dico.secus eo casu quo periurus non est infamis:quia
tunc non est incapax beneficij:quando autem sit infamis nec
ne , dixi in dicto capitulo testimonium . In gloss. vltima.ibi
argum.ꝯ.non ad proxime dicta,sed ad tex.ibi c.2.vbi non pu-
nitur quis de crimine de quo fuit conuictus,si ad hoc nõ age
batur.ibi,prælatus esset,vult ergo glo.ꝙ iste non habebat titu
lum in beneficio.sed erat conductor.idem dixi s̃.in glo.j. sed
obstat quod dixi d.glo.quia in litera dr̃ quod tenendo,dic,re-
3 gere,i.gubernare.s̃m hoc no. ꝙ periurus non solum †remo-
uetur a beneficio ꝙ habet in titulum,sed ẽt ab administratio
ne beneficij quam habet,vt conductor.hic tñ sensus nõ mul-
tum conuenit literæ:nec vr̃ verum:qa si est simplex ꝯductor
non habet ius ꝙ censeatur nomine dignitatis: & sic non ob-
stat regula infamibus.li.6.sed habet ius obligationis ex ꝯtu.
tale autem cadit etiam in excommunicatum , vel alias inha-
bilem ad dignitates,vt notatur de dolo,veritatis,vnde verior
vr̃ intellectus quod iste habebat ius in beneficio tanquam vi
carius.quod etiam s̃.dicitur in gl.ibi,conductor seu vicarius.
4 & talis vicarius †comparatur prælato quando est vicarius per
petuus.de officio vicarij,clementina vna, & quod dicit glos-
sa conductor.dic improprie. sed si dicebatur propter pensio-
nem quam habebat,ad quam tamen non tenebatur tãquam
ex contractu,sed potius ex natura beneficij cui hoc onus erat
impositum.argum.de præben.de monachis, & hic etiam te-
nebatur ratione iuramenti,& secundum hæc litera ibi, rege-
tur,stat proprie,& videtur verius.

A D D I T I O N E S.

a Periurus est infamis. Adde capitu.quicunque.6.quæstio. prima.glos. in ver-
bo periurium , in capitulo venerabilem , de electione. gloss. in verbo per-
iurio.in capitulo final.de iureiuran.libro sexto glo.l.in l.Lucius ff.de his qui
notan.infamia.
b Si periuro confertur. Adde Hostien. in capitu. inter dilectos. de excessione
prælatorum.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans vni vnum, & alteri contrarium, punitur.*
2 *Iurans temerario non punitur de periurio.*
3 *Penſionem augere certo caſu licitum eſt.*

1 TVa nos. † Qui iurat præſentanti ad benefi-
cium augere antiquum cẽſum, &
poſtea inſtituẽti iurat contrarium, debet ab eccle
ſia remoueri. communis diuiſio ibi, tm. In gl. ſe
cunda ibi, item & alio iuramento, ſentit gloſſa,
quod iſte non punitur: quia præſtiterit ſecundum iuramen-
tum contrarium primo. quia ſecundum fuit licitum: ſed pu-
nitur, quia primum fuit temerarium, alij dicunt ꝙ punitur,
quia primum ſapit ſymoniam: ſed hoc non conſonat literæ,
quæ ponderat periurium, non ſymoniam. vnde primum ve-
2 rius: & dic, ꝙ quãdoq; quis iurat † temerarie & nihil aliud iu
rat: & ex hoc non punitur tanquam de periurio ꝫ. eodem ſi-
cut, el a. de teſt. intimauit, & c. conſtitutus. quandoque poſt
iuramentum temerarium præſtat non temerarium illi con-
trarium, & punitur de periurio, vt propter affectionem cum
opere ſubſecuto. argument. de bigamis. nuper. quamuis
enim primum eſſet temerarium, non tamen debuit ſecundo
iurare contrarium, cum non potuerit propria authoritate cõ
trauenire primo, & accipitur primum tanquam licitum in
ſuum præiudicium. Item hic primum non fuit omnino illi-
citum, cum certo caſu poſſit eſſe licitum augere penſionem,
3 † vt cum ſubeſt cauſa rationabilis & cum authoritate ſuperio
ris. de cenſibus prohibemus, vbi etiam no. Item ſoluere ma-
iorem penſionem non eſt peccatum: nec iuramẽtum de ſol-
uendo ipſam præiudicat eccleſię: ſed ſolũ iurãn. de tranſactio-
nib. veniens, tenet ergo iuramentum, & expedit quod obti-
neatur abſolutio, an poſſit ꝯueniri, de cenſibus. ſignificauit.
Ibi, pec at mortaliter. de hoc 22. quæſtione quarta. in ſum-
ma. vbi glo. diſtinguit de modis per quos iuramentum cen-
ſetur licitum vel illicitum.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi de periurio grauius ſunt puniendi quam alij.*
2 *Delictum & pœna augentur ex dignitate.*
3 *Delicti menſuram conſideramus ex circunſtantijs.*
4 *Delictum dicitur quaſi derelictio boni.*

1 CVm quidam. † Epiſcopi de periurio gra-
uius, quam alij puniendi
ſunt. pars. de tempo. ordin. cum quidam. In glo. pri-
2 ma, ibi, Solut. dic plenius, quod quandoque † deli-
ctum augetur ex dignitate, & tunc etiam augetur pœna. C.
de epiſco. & cler. l. penultim. & hic, quandoque minuitur ex
dignitate: & tunc etiam minuitur pœna. C. de ſumma trinit.
l. nemo. ſicut diſputare de fide, quod licet aliquibus, puta præ
latis & clericis, non alijs indoctis: qñq; nec augetur nec mi-
nuitur ex dignitate, & diſtingue, vt in glo. ꝙ aut agitur de pœ
na corporali, & magis punitur minor quam maior. ff. de pœ-
nis. in ſeruorum, aut de pecuniaria: & econuerſo magis puni-
tur diues quam pauper. ff. de officio præſid. l. illicitas. de hoc
3 in d. l. nemo, ibi, quantitate contentis. dic quod † menſuram
delicti conſideramus ex circunſtantijs. de ſymonia, & ſi quę-
ſtiones, de tranſact. c. fin. in glo. penult. de hoc in Specu. de ac-
cuſatore. §. ſecundo loco. vbi dicit, ꝙ duorum delinquẽtium
circa idem. quãdoq; alter magis punitur, & de circunſtantijs
datur verſus. Quis, cum quo, per quod, ad quid, cur, quomo-
do, quando. Quis, reſpectu perſonę, an ſit in dignitate, vel non,
cum quo, reſpecto inſtrumenti, vt an cum armis, per quod,
poſſet idem importare, vel exẽplificando in iuramento, con-
ſideratur per quid iurauerit an per creatorem an per creatu-
ram ꝫ. c. & ſi Chriſtus, ad quid, i. ad quem finem. cur, i. cauſa,
quomodo, i. modus. qñ, i. tempus, ex his augetur, vel minui-
tur delictum, & ſurgit maior, vel minor contemptus, & ſe-
cundum hoc procedit quod dicit glo. vbi conſidera, ꝙ deli-
4 ctum † dicitur quaſi derelictio boni. de hoc in regula pecca-
tum. lib. 6. ſecundum hoc delictum dicitur tanto maius quã-
to opponitur maiori bono, vnde cum charitas ſeu amor Dei
ſit ſummum bonum: odium Dei eſt ſummum delictum, &
ſic de alijs, & inter cætera etiam conſideratur an delictum ſit
perniciosum exemplo, vt in litera, eorum exemplo &c.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum eſt illicitum de non præbendo auxilium perſonis con-
iunctis*
2 *Abſolutio a iuramento quando ſit neceſſaria.*
3 *Monachus iurans non morari in clauſtro, non poteſt exire ſine licentia
ſuperioris.*
4 *Iuramento quando quis poſſit authoritate propria contrauenire.*

*
1 Illud quoque. * † Illicitum eſt iuramentum de nõ
loquendo, vel non præbendo auxi-
lium perſonis coniunctis, vel fratri. idem de alijs coniunctis perſo
nis: quia ſubeſt eadẽ ratio: licet maior ſubſit reſpectu fratris
ratione humanitatis. No. ſummarium, ex quo infertur ꝯ iu-
ramentum quod præſtitit Herodes, propter quod fecit muti
lari caput Ioan. Baptiſtæ. In glo. de facto. ibi, ad cautelam. Inn.
2 dicit abſolutionem neceſſariam: † quia iuramentum poterat
ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. poteſt quis non loqui pa-
tri, vel non præbere ſubſidium ex cã rationabili. Opp. ad hoc
ꝫ. c. proxim. Solu. ibi in monacho qui iurauit non morari in
3 clauſtro, † quod exire non poteſt ſine licentia ſuperioris: &
ſic iuramentum non poterat ſeruari ſine interitu ſalutis ęter
næ. Io. de Lig. diſtinguit aut iurat non præbere ſubſidium, &
procedit glo. quia primum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis
non ſecundum, cum etiam non propinquo teneamur ad ſub
ſidium. 86. di. paſce. pro hoc eſt quod dixi in litera. ver. huma
nitatis, hęc diſtinctio vr̃ ꝯ literam quæ ponit hęc pro patrib.
dic ergo melius ſine diſtinctione, ꝙ verum eſt quod dicit In
no. ꝙ tale iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu: vt quia pa
4 ter non indiget, ad hoc, vt iurans † poſſit propria authoritate
ꝯuenire ſufficit quod aliquo caſu poteſt eſſe licitum: vt quia
pater eſt hæreticus, & filius non vult cohabitare.

A D D I T I O.

* Alias, illi vero, & ſic eſt in codicibus qui nunc habentur. B.S.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum monachi clauſtrum abiurantis non valet.*

1 Sicut ex literis. † Non valet iuramentum mona
chi clauſtrum abiurantis, & de
hoc grauis pœna ſibi imponitur. Communis diuiſio ibi, tñ.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſallus qui iurauit prędeceſſori, non tenetur iurare ſucceſſori in di-
gnitate.*
2 *Hæres non tenetur ex iuramento ſui authoris.*
3 *Simplicitas quæ commendetur.*
4 *Iuramentum præſtitum dignitati, ex parte eius cui pręſtatur eſt reale.*
5 *Obligatio cũ iuramento de obſeruando, et iuramẽtum ſimplex differũt.*
6 *Iuramentum præſtitum perſona ipſa extincta extinguitur.*
7 *Succeſſio non habet locum in beneficijs.*
8 *Clerici non tenentur ad homagium.*
9 *Regnum Siciliæ debet homagium eccleſia Romana.*

1 VEritatis. † Vaſallus qui iurauit ꝓdeceſſori, nõ te
net iurare ſucceſſori in dignitate. Cõ-
munis diuiſio. ibi, tñ. Not. ꝙ iuramentum ꝑſtitum
exiſtenti in dignitate eſt reale ex parte eius cui præſtatur, &
obligat, non tñ illi cui præſtatur, ſed ẽt ſucceſſori: ex parte ve
ro præſtantis eſt perſonale. patet ibi, iurauerunt, & ad hoc al-
legat quotidie, ꝙ ex iuramẽto vnius non tenetur eius heres:
2 † & ſic oportet ꝙ hæres iterum iuret. No. ex hoc, ꝙ ſcholaris
qui iurauit rectori, nõ tenetur iurare ſucceſſori. ꝯrium tñ ſer-
uatur, forte ad cautelam: quia põt dubitari an iurauerit. Item
no. principium, veritatis amica ſimplicitas, & ſic commẽdat
3 ſimplicitas: † non tñ intelligas. i. ruditas, ſed. i. non duplicitas,
de hoc. 16. q. 1. ſi cupis. In glo. fi. §. præterea. in l. imperialem. de
prohi. alie. feu. vbi ſi maior 14. annis non petit inueſtituram a
a nouo dño intra annum & diem a perdit feudum, & reuertitur
ad dñm. ibi, indulgẽtia, hoc deſtruit c. hoc non. n. apparet hic
de hac gratia. ibi, ſucceſſoribus, vr̃ ſentire ꝙ ſic fuit iuratum
hic, & quod alias non excuſaretur quin teneretur iurare ſuc-
ceſſoribus: ſed hoc tollitur ex litera quæ dicit, ꝙ ſi iuratum
eſt vni pontifici non expedit ꝙ iuretur alijs: & ſic, etiam ſi in
iuramento non ſit expreſſum de ſucceſſoribus, adhuc non
4 tenetur, pro hoc quod prædixi: † quia iuramentum præſti-
tum dignitati ex parte eius cui præſtatur, eſt reale, dignitas
enim non moritur. de reſcri. ſi gratioſe. libro 6. & hoc verius,
ſecus, vt prædixi reſpectu præſtantis. non enim poteſt eſſe rea
le: quia dignitas non iurat: ſed exiſtens in dignitate iurat: ſed
bene poteſt iurari dignitati: vt hic. Ex hoc infertur, quod ſuc-
ceſſor, vel hæres iurantis, ſi violat, non eſt periurus. argum. ꝫ.
c. clericus 1. q. 4. iam itaque. & ſeq. quod enim quis obligetur
ex iuramento, hoc eſt propter religionem, quam iurans
habet ad eum: & in hoc obligat animam ſuam: nec poteſt
obligare animam hæredis, vel ſucceſſoris: ſed bene potuit ſe
obligare dignitati, id eſt cuilibet habenti dignitatem: & non
ſolum

A D D I T I O.

a Infra annum & diem. Adde tex. & ibi Bal. in c. 1. quo tempore miles in viſb.
feu. C. ald. conſ. 7. inci. an feudatarius. in ti. de feu. Pe. de Anch. conſ. 173. inci.
Dominus Lazarus fuit inueſtitus de quodam feudo. Car. Zab. conſ. 34. inci.
circa primum dubium duo principaliter ſunt videnda. Ab. conſi. 83. inci. cõ
ditoris omnium poſtulato ſuffragio. in 2. col. in 3. vol Ab. conſi. 3. incip. nitar
in præſenti. in 2. vol. Io. de Ana. conſi. 32. inci. vltra alia dubia. Lu. Ro. conſi.
27. incip. viſo Themate mihi propoſito. in prin. Pau. de Ca. conſi. 162. incip.
circa id de quo quæritur in pen. colum.

solum sibi,sed successorib.ex hoc euenit,† q; si aliquis se ob-
ligat,& iurat obseruare:licet obligatio etiam stringat hære-
dem.C.vt actiones ab hæredibus & contra hæredes,in rubro.
& l.vna,de sepul.c.fi.tamen secus in iuramento,quod plenius
dico in d.c.fi.ex hoc videretur,q; in casu quo obligatio firma
tur iuramento:vt J.eo.cum contingat,non teneretur hæres,
dic tamen contra:quia ex quo firmata est,stringit hæredem:
licet hæres,non teneatur de periurio. Hostiē. tamen sentit q;
etiam ex parte præstantis iuramentum est reale.per l. ff.si ser.
vend.harum,quod non procedit,per prædicta. pro hoc.ff.de
pact.& hæredi.Restat respondere ad contraria glo dic ad c.sę
pe.& ca. longinquitate.q; ibi non dicitur de fidelitate iurata:
sed de professione siue iuramento.Ad §.pterea, dic q; ibi non
fuit iuratum seu præstita fidelitas dignitati. Hosti. dicit quod
aliud in clericis qui non tenentur renouare iuramentum, vt
hic,aliud in laicis qui tenentur,d.c. sępe,& ca.longinquitate.
quod non procedit:quia hic loquitur de laicis.s. de iuramen
6 to regis:vt s.dixi.Ex his dic,† quod aut quis iurat non haben
ti dignitatem.& iuramētum debet renouari in personam no
ui domini: quia iuramentum præstitum personę extinctum
est, sic loquitur §. præterea. aut iurat habenti dignitatem,&
tunc aut habito respectu ad personam, & idem quod in casu
præcedenti,aut habito respectu ad dignitatem:& tunc aut si-
bi & successoribus,vt s.c.ego N.& non tenetur renouare,aut
non dicitur de successoribus,& cautum est quod fiat renoua-
tio,sic possunt intelligi c.sæpe,& c.longinquitate,vel intellige
aliter vt s.sed non est necessarium quod renouetur.vt hic sin
gularitatei probatur. Oppo. in eo quod dicit, hæredes tui.nā
7 non habet locum successio † in beneficijs,de fil.presbyter.ex
transmissa.Sol.hic non loquitur de beneficijs,sed de laicis:vt
8 in glo.vlti.pro hoc etiam litera ibi,hominum,† clerici enim
non tenentur ad homagium,de regula c.fi.dicit tamen Host.
q; possunt teneri pro temporalibus quæ habent ad minus,de
excess.prælato.grauem,& in sum. de immun. eccl.nu.4.& in
9 eo quod hic loquitur de rege Siciliæ,p hoc † quia debet ho-
magium ecclesiæ Ro.de iud.cle.pastoralis,ver.rursus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia romana a iuramento per metum extorto absoluere consueuit.*
2 *Inuitus dicitur qui per metum cogitur ad volendum.*
3 *Contraueniens iuramento sine licentia quomodo peccet.*
4 *Veniens per metum contra constitutionem an peccet sicut qui venit voluntarie.*

1 VErum. † A iuramento per metum extorto
ecclesia Romana consueuit absolue-
re,& eius transgressores tāquam pro mortali nō
punire,habet duo dicta.Secundum ibi,cæterum,
pars de sent.excomm.cum non ab homine.Not.
ibi, inuiti, q; ille qui per metū cogitur ad volendum,dr̄ inui
2 tus,† & dic.i.nō plene seu libere volēs, simpliciter aūt est vo
a luntarius:quia coacta a voluntas est volūtas 15.qō.1. merito.
Item ibi,vita & rebus,q; periculum vitæ vel rerum est metus
cadens in constantem,pro hoc est quod hic dicitur in glos.2.
Item ibi,absoluerunt,q; iuramentum per metum extortum
obligat,quod tamen dic vt in glo.Item,quod qui violat iura-
mentum extortum per metum peccat : sed non mortaliter,
punitur enim tanquam pro mortali,quod tamen dic vt J. ex
hoc infertur quod non tenetur de periurio.periurium enim
est graue & mortale,& infamat s.e.q̄relam. In gl.quidam,in
fi.Idem Inn.dicens quod per illa verba,si ea non attenderint,
datur licentia contraueniendi:& quod alias non licet, vbi ve
ro contraueniunt sine licentia an peccent mortaliter , dic vt
J.super glo.vlt.In glo.pe.ibi:periurio,pro hoc quod s.dixi.In
3 glo.vlt.ibi,parum obligat.& dicit Io. An. q; † contraueniens
etiam sine licentia non peccat mortaliter : sed venialiter per
hanc literam,quę primo dicit q; debent absolui.secundo de-
cernit quid iuris si contraueniunt non absoluti. s. q; puniunt
non tanquam pro mortali.Io.Cal.s.e.si vero,& Arch.22.q.i.
habemus,dicunt q; peccat mortaliter,& puniunt tanquam p
mortali in foro pœnitentiali,secus in iudiciali.& hoc tenen-
do dic,quod non obstat litera quæ dicit q; non puniuntur tā-
quam pro mortali,loquitur enim in foro iudiciali:& hoc vi
detur saltem tutius:hæc faciunt ad q.sequentem. Quæro, eo
4 casu quo, si quis venit † contra constitutionem voluntarie,
peccat mortaliter:an sic etiam peccet si per metum, videtur,
quod non,per prædicta,& hoc quo ad forum iudiciale. Opp.
ad hoc quod metus causa c.sacris,vbi licet metus culpam at-
tenuet:non tamen excludit,vnde non euitat excommunica-
tionem, qui per metum communicat excommunicatis : vt
ibi,dic, quod ibi alius casus, hic enim loquitur de actu licito
facto per metum,ibi de actu illicito quando quis iuste erat ex
communicatus,cui per metum communicasti.Primo enim
casu,cum actus possit rescindi,non obligat ad mortale eum
qui contrauenit.Secundo casu secus,quia debuit potius om-
nia mala pati &c.dic tamen vt ibi.

ADDITIO.

a Coacta voluntas.Adde tex.cum glos.in c.maiores.de bap.& in l.si mulier,in §.si dos.ff.quod metus causa.

SVMMARIVM

1 *Compromissum super iniurijs valet.*
2 *Iniuria per conuicium irrogatur.*
3 *Iuramentum ciuiliter intelligi debet.*
4 *Iurantis intentio attendi debet.*
5 *Iuramentum specifice præstitum quomodo interpretetur.*
6 *Iuramento quando & qualiter quis obligetur.*

VEniens. Si is,cuius mandato stare iuraui,ali-
quid præcipit contra iuramentum
prius per me licite præstitum,illud obseruare nō
teneor. Primo ponit q̄rela.Scdo prouisio,ibi, ve
1 rū.† No.q; sup iniurijs compromittit,& vr̄ q̄dā
satisfactio ex hoc fieri, vt in lr̄a ibi, satisfactione, p hoc: qa
sufficit qualitercūq; satisfiat volūtati eios q passus est iniuriā,
2 insti.de iniurijs,per totum.† Item ibi,conuicia. q; per conui-
cia irrogatur iniuria.ff.de iniur.item apud §.ait prætor. Item,
q; per iuramentum quādoque nascitur seu firmatur & com-
promissum,de hoc J.e.quintauallis.Item secundum iuramē
tum intelligitur sine præiudicio primi, facit J. c.proximo,&
3 quod ibi no.† Item,q; iuramentum debet intelligi ciuiliter,
& generaliter quælibet dispositio debet sic intelligi , vt non
contineat illicita,de hoc in gl.1.& 2 In gl.1. ibi,arbitratores.
non apparet vnde gl.hoc colligat: sed pro hoc facit, quia iste
non permisit stare laudo:sed obedire mandato,& ex hoc no.
singulariter hanc literam iuncta hac glo.q; quando sic com-
promittitur seu iuratur, ille intelligitur non fieri arbiter, sed
arbitrator.in contrarium facit de arbi.exposita.& dic vt ibi di-
4 co.In glo.2.ibi,intentionem † iurantis,non vt sit in libertate
sua exponere verba vt vult,sed quod debet attendi intentio q̄
verisimiliter præsumimus eum habuisse.arg. c.quintauallis,
cum si.J.allega.In glo.fina.ibi,priori iuramento,& sic si fuis-
set obligatus ecclesijs per iuramentum,teneretur ad obseruā
tiam istius iuramenti,quod tenet Inn.Host.vero dicit, quod
sufficit quod repugnet priori obligationi etiam non iuratæ,
quod videtur verius si erat obligatio efficax, quod non vi-
detur cogitasse de dissoluendo talem obligationem , quod
nec poterat : & sic ad hoc tanquam illicitum non debet
extendi iuramentum,quod procedit in iuramento generali-
ter pręstito,vt hic,sed si iurasset in specie,secus,& dicit Inno.
5 † quod iuramentum specifice præstitum, in foro animæ in-
terpretatur secundum intentionem iurantis J.e.quanto,& c.
ad nostram,vt in iudiciali,secus,secundum ius J.e.venientes.
quod signa.& dic quantum ad hanc glo.& pręcedentes,cum
quæritur quando & qualiter quis obligetur ex iuramento :
6 † aut iuratur p modū illicitum,vt per dolum vel metum,&
contraueniens non obligatur pro mortali J.d. cap.& si Chri
stus,aut per modum licitum, & tunc aut generaliter , & ser-
uari debet in præiudicium iurantis,non in præiudicium alte
rius J.c.venientes,& hoc in foro iudiciali,sed in pœnitentia-
li statur intentioni iurantis,vt prædixi,hæc tamen magis pro
prie procedunt de iuramento specifice pręstito , quam si ge-
neraliter p̄stetur,sed quando generaliter,aut pręiudicat prio-
ri iuramento , & restringitur vt intelligatur sine præiudicio
primi:vt hic,aut non præiudicat priori iuramēto:& tunc aut
p̄iudicat priori obligationi:& idem,quia non tenetur ex secū
do iuramento:sed restringitur modo prædicto.Aut non præ-
iudicat priori obligationi: & seruandum est iuramentum in
præiudicium iurantis,duntamen non fuerit enorme,vt intel
ligatur iuramentum ciuili modo.

SVMMARIVM.

1 *Difficultas excusat a periurio.*
2 *Impossibilitas excusat.*
3 *Conuentionis forma attendenda est.*

BReui. Qui iurauit ecclesiam defendere , & re-
quisitus absque iusta causa recusat: per-
iurus est:nec eum defendit appellatio . Commu
nis diuisio ibi,respon.Nota ibi sub iuramenti de-
bito,pro eo quod obseruatur:quia rector schola-
rium

tium præcipit scholaribus sub debito præstiti iuramenti,& est
1 sensus,quod sine causa recusans obedire sit periurus. † Item
no.quod difficultas excusat a periurio,de hoc in glo. Et opp.
cum ea.de l.continuus §.illud,melius §.item qui in insulam,
& §.seq.ff.de ver.ob glo.soluit,quod difficultas excusat a per-
a iurio:a sed non a pœna conuentionali, rationem diuersitatis
non reddit.pro hoc de pigno.significante,& pro hoc in dict.
2 §.qui in insulam,& sequenti.& communiter dicitur,† quod
b aut subest impossibilitas,& illa excusat:quia impossibilium b
nulla obligatio,de pact.c.fi.aut difficultas,& est debitæ quan-
titatis,& regulariter non excusat.d.§.aut speciei,& aut ex for-
ma contractus apparet speciem statim solui non posse: vt qa
est in loco remoto,& excusat,& intelligitur concessa tanta di
latio quod sufficiat ad speciem educendam: vt si promitto da
re Paduę hominem q est Romæ: aut ex forma obligationis
hoc colligi non potest,& datur dilatio a iudice, facta de hac
fide.quantum autem ad pœnam periurij difficultas excusat,
at hic in gl.sed nunquid,ibi, huiusmodi litere, dic attenden-
3 dam formam §.conuentionis.ff. depositi l.1.§.si conuenerit,
regula contractus.lib.6.de hoc in Spe.de loca.§.1.ver.sed nun-
quid,& sequenti.ibi,subtraxit,hoc intellige si tota ecclesia,se
cus si solus prælatus,pro hoc quod no.de ord.cogn.c.2.in gl.
3.ibi,pro periurio.Hostien.dicit attendendam conditionem
personæ, dic standum glo.nisi appareant coniecturæ propter
quas habet conscientiam, rationabiliter infertur tam con-
tra ecclesiam.

ADDITIONES.

a Difficultas excusat a periurio. Adde Bar. in l.quod te.ff.si cer. pet.
b Impossibilium. Adde l.impossibilis & l.inter stipulantem.§ sacram.ff.de ver. oblig & l impossibilium.ff.de regu iuris.

SVMMARIVM.

1 *Rex non debet disponere de pertinentibus ad populum.*
2 *Iurantis intentio consideranda est.*
3 *Monetam falsantis pœna.*
4 *Moneta qualiter dicitur defraudari.*
5 *Papa potest absoluere a professione religionis, & a iuramento super ea præstito.*
6 *Papa potest distinguere & interpretari Ius diuinum,& a decimis eximere ex causa.*
7 *Periurus non dicitur qui putauit iurare falsum, & iurauit verum.*

QVanto. Princeps qui iurauit certam seruare
monetam,si sciebat illam pōdere de
frandatam,puniendus est,quia iuramentum fuit
illicitum,& sic non seruādum:si vero ignorabat,
tunc seruat iuramentum facta reductione monetæ ad legiti-
mum pondus. Communis diuisio. Secunda,ibi sup quo. No.
a ibi,immo, de hac dictione a quæ stat correctiue. Item ibi,as-
1 sensu populi,quod rex † non debet disponere de pertinenti-
bus ad populum vel concernentibus præiudicium populi, si-
ne consensu populi.ex hoc arguit Hosti. quod super damnis
datis tempore guerræ non potest nisi solus rex disponere, de
hoc per eum in summa de pœnis,sub §. vlt.versi. sed pone,fa-
2 cit quod no.de iniur.in nostra.† Item no.considerandam in-
tentionem iurantis,quod dic vt dixi s̄.c.veniens. Item,quod
obseruatur iuramentum quandoque non in forma,sed in ef-
fectu:quia hic conseruatur moneta de qua erat iuratum, nō
illa in specie:sed alia melior. In gl.1.ibi punitur capite. Refert
3 Host.Io. Cremon.defendisse quendam † qui falsauerat mo-
netam Bononiæ,quod puniretur capite ciuiliter, cum pœna
b capitalis b sit multiplex,& pœnæ sint molliendæ,regula in pę
nis,lib.6.hodie per statuta cessat,& tales communiter exurū
tur,ibi,radit minuendo.ibi cingit:puta ęs,vt appareat aurum
ita no,glo. in l.quicunque, & ibi eadem pœna punitur ille q
4 fingit.i.qui fabricat falsam monetam. In fin.e.glo.2.† Quęro
quomodo dicit moneta defraudari,dic quod in moneta qua
tuor attenduntur.s.materia,vt sit metalli:nō forma publica:
item pondus,item cursus,hæc tamen vltima conditio est ex-
trinseca.ff.de sol. Paulus,alias creditorem,vbi de hoc In gl.2.
ibi,de iure natu tali.i.diuino. In fi.e.glo.dic,aut est obligatio q̄
5 potest dissolui a Papa,† vt professio religionis, & a iuramen-
to super tali obligatione præstito potest Papa absoluere,sicut
potest obligationem tollere,pro hoc est qd no.de sta.mo.cū
ad monasteria, aut obligatio non est dissolubilis per Papam,
& procedit distinctio gloss. pro primo facit, quia non solum
Papa potest absoluere a iuramento c in illo casu:immo etiam
c episcopus dissoluere,& sic summatum est, super voto quod
potest episcopus commutare,per consequens poterit a iura-
mento absoluere,& in eo,quod dicit Hug.quod hoc est con-
tra ius naturale:dic illud verum,quando iuramentum cōcer
nit deum tantum,sed si hominem,tollitur ab homine s̄.c.1:
quando autem concernit deum tantum,tunc non potest Pa-
pa sine causa absoluere:quia hoc esset contra ius naturale, id.
6 est diuinum,vt in glo. sed ex causa sic,quia potest † distingue
re & interpretari ius diuinum, vnde etiam a decimis eximit
ex causa,de decimis, à nobis,& quod ibi no. in glo.hoc ideo.
ibi,tria exiguntur,de his dixi super glo. prima,& addidi quar
tum, ibi, sane vbi sub dubio dicitur,per descriptionem libri
constare de authoritate eius,pro hoc 16.dist.c.1.& c.clemen-
tis,dic,q͏ inscriptio nō plene probat in alterius preiudicium.
Item ad contrarium de quo s̄.in glos.dic quod fiet inscriptio
taliter quod non committeretur falsitas,vt quia apponitur no
mē patris,nec dicetur quod fecerit cudi. sed dicetur sic.B. rex
Aragonię,& licet ex hoc præsumatur quod ipse fecerit cudi,
non tamen est argumentum necessarium, & sufficit quod
nulla falsitas committitur. In glo.fi. in fi. Oppo.ad literam in
ver.verum,quia videtur superflua,per prius dicta. Sol.legitur
duobus modis,vno modo vt sit pars primi membri,ante ver.
si vero,videtur stare contrario,sed dic quod nō est superfluus,
quia primo dicit isti pœnitentiam iniungendam,in hoc au-
tem ver.monet vt cōfiteatur peccatum & satisfaciat,secun-
do legitur quando putauit defraudatum, & non erat, & hoc
in se verum:sed sic intelligendo non bene cōtinuatur ad præ
cedentia, in quibus solum loquitur quando moneta erat di-
7 minuta,& secundum hunc intellectum dic non teneri de † p
iurio eum qui putauit iurare falsum & iurauit verum. ar. 22.
q.2.homines,& c.seq.& facit ad quæstionem,debitor iurauit
non exire districtum certi loci ante solutionē, & exiuit igno
rans solutionem ab alio factam. Ioan. Calderinus.disputauit,
& incipit,ex octo studentibu s,& determinauit ipsum esse
periurium.

ADDITIONES.

a Immo de hac distinctione. Adde tex.& ibi doct.in c.filij,de hære lib. 6.& in c.nemo.de simo. & in l.iurisgentium,in §.quin immo.ff.de pact.& in l. Pomponius.de nego.gestis.
b Cum pœna capitalis sit multiplex. Adde Pe.de Anc. in cle pastoralis,in 10. no.de re iud. Ab.in c at si clerici in 20.col.de iu. Io.de Ana 10 c. 1.in 2 col. de homici.Io.de Imo.in l.2.in 5.colum.ff.de pub.iud.Ange.de Are.in tract. maleficiorum,in verbo.caput. Alexand.de Imol.consi. 136.inci. in causa inquisitionis in 3.volum.idem Alexan.consilio 109.inci. visoprocessu causæ, in 4.volumine.
c Papa potest absoluere a iuramento. Adde gl. & ibi Arch.in c. authoritatem 15.q .'pe ti.de leg in §.nunc ostendendum,vers 24.Domi.in c.2.de renū. Card.sancti sixti in tract de potestate Papæ q.38.Alexan de Imol. consi.38. incip.visa petitione.Antonij.in 3.vol.idem Alex.consi.39.inc.viso statuto,in 5.vol.Tho.2.2 q.89.ar.9.& diffuse & melius quam alibi der arch floren.in 2.parte suæ summę,tit.10 c.5.

SVMMARIVA.

1 *Superioris authoritas in iuramento intelligitur excepta.*
2 *Innouata pendente appellatione reuocantur.*
3 *Appellatio non datur a grauamine de iure ciuili.*
4 *Iudices qualiter iurent iudicare.*
5 *Partes possunt per conuentionem renuntiare appellationi.*

VEnientes. Iudex q iurauit sententias exe
qui intra certum tempus,hoc
non obstante tenetur appellationi deferre. Primo
ponitur consulum reprehensio. Secundo,ipsorum
excusatio.ibi,verum. Tertio,excusationis reprobatio.ibi,quia
vero. Quarto,mādatum speciale & communicatio. ibi,cum
1 igitur.† Nota quod in iuramento a intelligitur authoritas su
a perioris excepta;& ad hoc quotidie allegatur. Item quod iu-
dex iurat iudicare secundum legem:& quandoque secūdum
consuetudinem Item,modum arguendi in ver.quia vero.&
ibi secundum leges secundum quas sententia executioni mā
datur intra quadrimestre,tamen cessatur ab executione pro-
pter appellationem,& propter hoc non potest iudex grauare
subditos,idest appellatos:sed non grauatiure permittente:sic
arguitur istos cessare debuisse ab executione, cum non plus
obligei lex quam consuetudo. Item,quod cōsuetudo debuit
intelligi de sentētia quæ transiuerit in rem iudicatam, secus
si appella-

ADDITIO.

a In iuramento. Adde gl.in c.constitutus,de rescrip.gl.in c.de forma 22.q.vlt. gl.pe.in c.quæ contra mores 8.dist.

si appellatur: quia tunc appellatio tollit effectum sentẽtiæ & extinguit pronunciatum: vt in glo. Item, quod innouata pen
a dente appellatione † reuocantur: quod dic vt de app. non solum, libr. 6. si tamen petenti aliam reuocationem opponitur de desertione, de qua notorie constat ex actis, non auditur: vt in prima decisione Rotæ, in gl. no. ibi defendis, de prohi. alie. feu. imperialem. In fi. e. gl. Oppo. extra glo. ad literam, cum di
3 cit, quod secundum leges grauati appellant: † quia de iure ciuili non appellatur a grauamine, de app. super eo. a. Solut. hic dicitur, quod grauati per sententiam secundum leges appellant: & nomine sententiæ intelligitur de diffinitiua. ff. quãdo app. sit l. 1. §. biduum, vbi gloss. & ita etiam probatur hic: quia quod dicit sententiam, oportet intelligi de diffinitiua. quandoque tamen etiam secundum legem appellat ante sententiam: quod dico in d. c. super eo. Oppo. in eo, quod dicit, ꝙ iu-
4 dices † iurant iudicare secundum leges, quod immo secundum conscientiam 3. qõ. 7. postulatus. ff. de arbit. qualem, dic quod debet iudicare secundum conscientiam legibus informatam, idest secundum allegata de offic. de lega. pastoralis §. quia vero. Oppo. quod debuerit stare consuetudini in præiudicium appellantis, cum consuetudo habeat vim legis. Solu. consuetudo debuit intelligi de sententia, quæ transiuisset in rem iudicatam: vt hic, sed etiam si hoc habuisset, quod etiã si esset appellatum ita fieret, non valuisset in præiudicium su
5 perioris per hanc literam, licet † enim possint partes per conuentionem renunciare apellationi. C. de temp. app. l. vlt. §. fin. statutum tamen vel consuetudo remouens appellationem, non valet: vt no. de app. c. fi. lib. 6. & procedit quando appellatio erat interponenda ad alium superiorem quam ad illum qui est in loco vbi est statutum vel consuetudo, secus si est in alio loco, vt in ciuitatibus habentibus iura imperialia, in quibus non appellatur extra locum: sed ad aliquem iudicem ad hoc deputatum, de hoc per Bat. ff. de aqua plu. arcen. l. vlt. tũc enim priuilegium vel statutum non tollit ius alterius. In gl. antepe. ibi, extinguitur. melius diceret, suspenditur, de off. de leg. pastoralis §. præterea, vbi de hoc. In fi. gloss. fi. Oppo. quod non debuerit attendi consuetudo quę erat super debitis personalibus: vt ibi, mutuis, cum tamen hic ageretur reali: ibi, rerum, de quibus quæstio vertebatur. Sol. potest intelligi, quod pro executionem, quia non suberant mobilia, deuẽtum erat ad immobilia. vt lite non cõte. quoniam, in fi. & ideo expone questio. vertebatur. s. nunc, quia dicebat appellatus quod fuerat electus appellatione pendente.

SVMMARIVM.

1 Testator quando legat id, contra quod, si ab eo peteretur, habet exceptionem, intelligitur legare remissionem exceptionis.
2 Vsurę coram quo iudice repeti possint.
3 Verba generalia debent intelligi ciuili modo.
4 Iudex non supplet in facto.
5 Iudex in causa pia prouidet ex officio etiam non imploratò.
6 Testator præcipiens restitui vsuras omnibus debentibus recipere, an per hoc fateatur se vsurarium.
7 Relatiuum, qui, restringit.

AD nostram. Difficile & minus bene explicatum per scribẽtes h. d. Ei qui iurauit vsuras nõ repetere subuenitur officio iudicis, qui de vsuris cognoscit, & restitui facit etiam nemine petente. Communis diuisio. Secunda ibi, mandamus. Nota casum in quo iudex ex officio procedit in causa concernẽte fauorem priuatum: quia hic facit restitui vsuras istis, quod dic vt infr. Item etiam casum in quo non præcedente infamia proceditur per inquisitionem. de hoc etiam J. In glo. prima oppo. aut enim isti fuerunt conquesti Papæ. & videntur venisse contra iuramentum: aut nõ ipsi, sed alij hoc indicarunt, & non debuerunt audiri cum eorum non interesset, de elect. cum inter R. glo. in eo, quod supplet quod hic non dicit per quem hoc peruenerit ad Papam videtur sentire quod non refert per quem, & tunc dic, quod audiuntur etiam quorum non interest. s. ad denunciandum, ad effectum vt isti non restituentes pœniteant & restituant, de cogna. spiri. tua. pro hoc facit quod dicitur in gloss. seq. Si autem intelligitur quod ipsi iurantes iudicauerũt, dic quod non sunt ex hoc periuri: quia iurauerant non deponere quæstionem, si tamen denunciare potuerunt: vt in d. glos. In glos. 2. ibi, denunciat, pro hoc quod dixi s. glo. proxim. ibi, illud denunciet. sentit glo. quod potest denunciare ad effectum, vt sibi restituantur vsuræ. Host. dicit quod non ad effectum vt restituantur sibi, sed pauperibus, dicit etiam, quod licet iurans non repetere velit seruare iuramentum creditor tamen hæres cogitur officio iudicis restituere pauperibus: quod non vꝫ procedere eo casu quo debitor sponte iurauit non repetere, nã per hoc videtur vsuras remisisse, vnde nolli restituendæ. secus si liberaliter: quia tũc ipsi debitori fiet restitutio, pro hoc est quod no: in regula peccatum, lib. 6. & quod ibi dico. In fine eiusdem glos. Oppo. ad hæc & ad literam, quod debuerint
1 iurantes hic audiri iure actionis, † quando enim testator legat id, contra quod, si ab eo peteretur, habet exceptionem: intelligitur legare remissionem exceptionis. ff. de liber. legat. si creditor, & l. legaui. & hoc si soluta erat pecunia: vt hic: si vero non soluta, intelligitur legare liberationem. ff. de libe. leg. l. 3. Solu. hoc contra. cadit etiam ad glo. sequentem melius, & ibi dicetur. Oppon. ibi, seu etiam seculare, videtur enim velle
a quod coram iudice seculari a possunt vsuræ repeti, † & sic cõ
2 tra de iud. clemen. dispendiosam, in fine. Solue vt ibi no. in gl. non repetuntur. In fine glo. ibi, soluit, & dic etiam vt dixi de foro competenti, cum sit. In gloss. videtur, ibi, remissum, pro hoc l. legaui, & l. si creditor. alleg. super glo. præcedenti. Inno. vero dicit, quod per illa verba, omnibus qui probarent &c. nihil fuit legatum vel remissum, quod videt verius, & hoc sentit, quod possimus intelligere qđ legauit vsuras restitui omnibus qui probarent se dedisse. i. q iuste possent hoc ꝓbare & vsuras repetere: & sic secus in istis qui iurabant, sed gl. in hoc non persistit: sed dicit vltimas voluntates interpretandas largius: & quod isti iure legati possunt repetere, & secũdum hoc stat contrarium, de quo super gloss. proxim. de d. l. si creditor, l. legaui. dic quod hic testator non legauit vsuras his quibus deberentur: sed his qui probarent se soluisse. si enim primo modo legasset, videtur procedere id quod dicit Innocentius, quod nihil intelligatur legatum vel remissum, debet enim intelligi de vsuris quæ deberentur efficaciter, nulla obstante
3 exceptione. ff. de excep. si his §. fi. quia † verba generalia debẽt intelligi ciuili modo s. c. veniens, sed in secundo modo videntur legatæ vsuræ, dum modo probentur solutæ, etiam si efficaciter poterant repeti: & sic legatum aliquid operatur: & sic standum est cõtrario dictam l. si creditor, & l. legaui. ad idẽ instituta de legatis §. e conuerso, & quod not. Federi. consilio 177. & idem dicendum est in legato speciali. vt si dicit præcipio vsuras restitui I. & G. quas ab eis extorsi quę fuerit C. tunc enim intelligitur remisisse exceptionem iuramenti ff. de conditionibus & demonstrationi. quibus diebus §. dominus, sed secundum hoc succedit fortius contrarium, & dic vt in sequenti contrario. Oppo. ad hoc, quia secundum proxime dicta non fuit hic opus officio iudicis, quod videtur contra literam. Soluit Goffr. quod isti non attentabant repetere, moti quadam subtili reuerentia iuramenti, sicut. C. de fide instrumentorum. l. vlt. verius videtur ꝙ iuramentum obstat, & quod verba testatoris nihil induxerant, quod plenius J. dico. sed tunc obstat: quia si hoc est, ergo frustra ponderatur hic regula peccatum lib. 6. & per Io. An. in Spec. de vsur. in prin. per Fede. in d. consilio, non debent ergo mandari ꝙ istis restituerentur: & sic potius videtur ꝙ verba testatoris indoxerunt remissionem iuramenti: & tamen opus fuit officio iudicis in dubio. dubitabãt enim isti forte ne probare nõ possent se soluisse, & sic ne inciderent periurium, pro hoc quod no. Innoc. quod metus causa, ad aures, vbi dicit, quod non debet quis absolui a iuramento, cum potest aliquid prouideri, & sic potius debuit hic succurri officio iudicis, vt procederetur potius ꝑ inquisitionem, quam fieret absolutio iuramenti. hæc procedunt præsupposito, quod iuramentum domino rei petendæ fuerit libere ꝓstitum: & sic tenuerit: sed si dicitur, ꝙ fuerit exactũ à creditore durante principali obligatione, vel ex alia cã, apparet non libere pręstitum, vt communiter fit: tũc cessant prædicta, & hoc, an sit libere præstitum, colligitur per coniecturas, pro hoc facit quod no. Ioan. An. de emp. & ven. ad nostram. in Spe. de vsur. in prin. & sic intelligendo, quod hic fuit non libere præstitum, litera procedit plenius, & verba testatoris non videntur induxisse legatum: quia non est verisimile, quod per verba generalia voluerit remittere ius sibi competens:

ADDITIO.

a Coram iudice seculari Adde gl. in verbo, vsuris. in cle. dispendiosam. de iudi. & ibi doct. Pau. de Eleaza. & Car. in cle. 1. de vsuris. Io. Mo. & Bal. in ca. 1. de vsur. lib. 6. Arch. in c. quid dicam. 14. q. 5. Ant. de But. & Ab. in c. cum sit generale, de fo. compe. Lap. alle. 55. & Io. de Ana. in c. post miserabilem, de vsu. Lau. de Rodul. in tracta. vsurarum q. 131. Fed. de se. consil. 106. incip. apparet quædam lex. idem fe. consi. 245. incip. Domino Andreæ vicario episcopi vulterani. idem Fede. consil. 300. inci. factum tale est debitor promisit. Pe. de Ancha. consi. 235. inc. casus talis est. Cal. consil. 3. super tit. de foro compe. Card. Zaba. consi. 120. inc. Titius obligauit Sempronio. Baldus, consi. 16. inci. factũ super quo consilium, in 2. col. in 3. vo. Rap. ful. consi. 134. incip. in q. versa coram domino cap. taneo trigesti. in vlt. col. Alexan. de Imo. consi. 91. inci. visis actis, in 2. vo. in 2. col.

tens: ſed ſolum mandare de eo ad quod tenebatur, pro hoc
eſt quod prædixi;quia verba generalia ciuili modo intelligũ
tur,& ad id quod prędixi,quod ſecundum hoc hic fruſtra põ
deratur teſtamentum·dic,quod factum hic refertur forte ad
fortiuus arguẽdum factum hęredum non reſtituentium ,&
ſecundum hoc ſaluatur,vt prædixi ſecundum Inno.φ hic ni
hil legatum intelligit nec remiſſum,& ad l. legaui.& l.ſi cre-
ditor,patet ſolu. ex præmiſſis: quia loquitur quando legatur
certæ perſonæ,in ſpecie: puta C. item debeo. ſecus in genere:
vt hic,fuit enim diſpoſitio generalis teſ, eſtu quantitatis , &
reſpectu perſonæ,quæ no.diligenter,quia ſcribentes non ex-
plicant Oppo.ad hoc,quod immo per verba teſtatoris intelli
gatur legata actio ad repetẽdum.ff de legatis tertio.ſi mulier.
§.ſi rem,vbi glo.notabilis dicit,quod ſi alicui legaui id quod
ſibi debetur officio iudicis, intelligitur illi legata actio.Solu.
hanc oppoſitionem fecit quidam meus auditor: & eſt bona:
ſed ſoluitur,quod legatum hic non fuit purum, ſed ſi proba-
rent ſolutę,& in hoc dubiu fuit,ſecus officio iudicis:vt ſ̃.hoc
procedit tenendo quod verba teſtatoris inducant legatum :
ſed tenendo contrarium,ceſſat contrarium d.l.ſi mulier. Op
po.ad idem, quod hic non debuerit officio iudicis prouideri
pro intereſſe priuatorum,cum † iudex non ſuppleat in facto,
de poſtulatione prælatorum,bonæ,el j.Soluit Inn.qd ſuccur-
ritur iſtis officio iudicis:quia erant oppreſſi periuramentum.
dic quod etiam erat cauſa concernens pietatem , vt prouide-
5 retur animæ defuncti : in cauſa † pia iudex prouidet ex of-
ficio etiam non implorato. C.de adminiſtratione tutorum,
ſancimus l.1 .ff.de offi.procon.nec quicquam §.aduocatos,&
hoc ſi ſibi conſtat de facto: vt hic conſtitit Papæ : alias iudex
excuſatur.ff.de magiſtra.conuenien.l.1.§.1.de hoc ff.de dam.
infec.l.4 §.hæc autem,per Bar.Ex his infertur ad quæſtiones
6 facti . Præcipit † teſtator vſuras reſtitui omnibus debentibus
recipere,dicit Federi. conſil. 63.quod pro hoc non fatetur ſe
vſurarium;quia hæc verba nihil inducũt,vt ſ̃. dictum eſt,dic
melius,vt in quæſtione ſequenti.Pone,præcipit teſtator vſu-
ras reſtitui quas extorſit,videtur quod ex hoc non fateatur ſe
vſurarium,ſed intelligatur quas:id eſt ſi quas, & ſic conditio-
naliter.ar. ff.de legatis 1.l. Stichum qui meus erit,& quia rela
7 tiuum † qui,reſtringit:vt no.de cle.nõ reſiden.c.ſi.dic verius,
quod illud quas,eſt hic demonſtratiuum ,nec facit conditio-
tionem,cum adijciatur verbo præteriti temporis:ſecus ſi fu-
turi,d.l. Stichum qui meus erit,ſed ſi diceret, ſi quas extorſi.
tunc procedit illud quod non intelligitur confiteri ſe vſura-
rium:& ſic in hoc vltimo cõſului:ſed in duobus primis mo-
dis iudices eccleſiaſtici hoc nõ reciperent, nam pure videtur
confeſtus ſe extorſiſſe. & ſi dicas, quod verba generalia nihil
inducunt: vt ſ̃. dictum eſt, dic quod non inducunt legatum:
vt ſ̃.dixi,cum hoc tamẽ ſtat φ inducant confeſſionem. Quæ
ro an poſſit iudex ex officio prouidere. Innoc.proſequitur,&
tradit regulam,quod in quolibet impedimẽto canonico: pu
ta ſuper conſanguitate inter contrahentes , per quam matri-
monium impediri poteſt,iudex ex officio poteſt prouidere :
quod ſigna. dic etiam , quod ex officio inquiritur de iuribus
principis. C. de bon. vacan. l. prima, penultima,& vltima,li-
bro decimo .

SVMMARIVM.

1 *Ordo iuris in notorijs non ſeruatur .*
2 *Venire quis contra iura non præſumitur.*
3 *Diſpoſitio vniuerſalis reſtringitur,vt non deuiet a iure.*
4 *Manifeſtum & notorium accipiuntur quandoque pro eodem.*
5 *Dictionis,quaſi,vis.*
6 *Citatio an & quando requiratur in notorijs.*

AD noſtram. Qui iurauit in omni cauſa
ordinem iudiciorum obſer
uare, nõ tenetur obſeruare in his, in quibus de iu
re ſeruari nõ debet:vt in notorijs. Communis di
1 uiſio. Secunda ibi,verum.† Nota,φ in notorijs a
a non obſeruatur ordo iuris:non tamen per omnia proceditur
ſine iuris ordine:ſed non ſeruatur ille ordo qui in alijs cauſis
ſeruatur,hoc vult in litera in ver.verum,in prin. & ibi,nõ ſer
uari per omnia,de hoc in glo.Item ibi,in mente, φ in dubio
2 † non pręſumitur quis venire contra iuram. facit regula ſe-
b mel,& quod ibi no.li.6.Et quia quilibet pręſumitur bonus,b
3 ſ̃.ti.1.c.fi.Item, φ diſpoſitio † vniuerſalis reſtringitur, vt non
deuiet a iure.ad idem ſ̃.e.veniens J.eod.quintauallis.Item,φ
licet iuramẽtum debeat ſeruari in forma ſpecifica. ſ̃.c.ad no
ſtram,el 1.vbi de hoc,tamen cum generaliter præſtatur: non
intelligitur generalis,ſi talis intellectus repugnat iuri:ſed re-
4 ſtringitur,vt conſonet iuri. Item ibi, in manifeſtis † & noto-
rijs,quod hæc quandoque accipiuntur pro eodem,proprieta

tem differunt:vt not.de coha. cler.noſtra.& ideo expone,&
c pro idest.c Item ibi,approbatum intellectum,φ debemus in-
telligere diſpoſitiones ſeu iuramẽta ſecundum approbatum
.i.rationabilem intellectum.In glo.1.ibi,non teneri,quia vbi
eſt extorſio ſubeſt violentia : & ſic non oritur obligatio effi-
cax,de conuer.coniuga.accedens,de priuilegijs,cum olim,el
2.dic,φ hic non dicit per extorſionem:ſed quaſi per extorſio
5 nem,& dictio,quaſi,† diminuit,alibi vnitatem importat,no.
de dolo,prout in glo.expreſſiuum de deci.parochianos.Et ex
ponit Inno.quaſi per extorſionem.i.quaſi contra conſilium
vel deſiderium tuum,facit de elect quorundam, li.6.in prin.
de reli.dom.c.2.lib.6. Et conſtitutio Io. execrabilis,in prin.Si
autem fuiſſet hic iuramẽtum omnino extortum.Dic, quod
aut per vim præciſam: & nullatenus obligat:vt quia manus
alicuius ipſo renitente ponitur ſuper euangelia : aut per vim
non præciſam,vt per metum:dic vt ſ̃.e.verum. In gloſſ.2.ibi,
ex toto.quaſi dicat,φ non per omnia ſeruatur:ſed in aliquib.
ſic,& hoc vult litera ibi,non per omnia,quod dixi in notabi-
libus,ibi,citari.dic vt dico de cohabi. cler. veſtra.vbi conclu-
6 do,φ ſemper citatio † eſt neceſſaria etiam in notorijs, niſi ſit
adeo notorium φ conſtet nullam defenſionem ſubeſſe: tunc
enim non requiritur citatio, de re iudic. cum olim,& etiam
ibi dico,ibi,& ſententia ferri.de hoc etiam dico in d.c.veſtra.
& proprie non requiritur ſententia, aliud quod habeat vim
ſententiæ,vnde dicit Inn. de verb. ſig.ex parte 1.φ in notorio
poteſt iudex punire ſine alia ſententia.In gloſſ.ſed nonne,ibi,
de elect.bonæ,el 1.ſed ibi ad cautelam obſeruatur ordo.Item
ibi non agebatur de alterius præiudicio.In glo.vlt.ibi,intelli-
gendum,de hoc ſ̃.in notabilibus.In fi.e.gl.dic, aut eſt eadem
ratio omnium contentorum ſub genere, & procedunt con-
traria,aut non:& procedit hic,pro hoc de conſu.le proſo.quo
niam,in glo.pro hoc.

ADDITIONES.

a Quod in notorijs. Adde gl.in c. ſuper eo.teſti.cogen. Innoc in c.ex parte,de
ver.ſig.Io. An.in c. veſtra.de coha.cle.& mu. Car.in c.veniens,in 4.oo.de fil.
præsby.doct.in c.ſi de re iud lib.6.
b Quilibet præſumitur bonus. Adde gl.in c.nos 40.diſt.& in c.Deus omnipo
tens 2.q.1.& in l ſi vero,in § 1.ff.qui ſatiſd cogantur.
c Et pro.i. Adde doct.in c.monaſteria,de vi.& ho.cle.& in l.1.ff.de iure do &
in l.1.in §.ſi.C.de nouo codi.compo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis quandoque præſtat eccleſiæ iuramentum fideli-
tatis .*
2 *Proteſtatio contraria facto non iuuat .*
3 *Debitum non augetur per ſolutionem factam ei cui non debetur.*
4 *Soluens alteri quam cui debet,an liberetur.*
5 *Depoſitarius reſtituens depoſitum non habenti mandatum,qui putaba
tur habere,liberatur.*

EX A te. Qui iurauit cui non debet,iurare ei cui
debet,compellitur. Primo ponitur ex
ordium.Secundo narratio,ibi, ſane. Tertio con-
1 cluſio,ibi,cum igitur.† No. quod quandoque iu
dex ſecularis ſeu dominus temporalis præſtat ec-
cleſiæ iuramentum fidelitatis, & hoc in terris eccleſiæ, & ſic
communiter intelligitur hic,φ iudex carolitanus erat vaſal-
lus eccleſiæ,& dicit Hoſtiẽ.φ ſi vaſallus alteri quod domino
præſtat iuramentum fidelitatis ratione feudi,perdit feudum:
quia videtur alienare,de prohi.feu.alie.imperialem. Item ibi,
ſaluo ſe.apo.honore,φ proteſtatio hic non prodeſt, alibi con
tra.de elect.cumana,dic φ hoc ca. non prodeſt quo ad hoc vt
iſte excuſetur a iuramento præſtando ſe. apo. prodeſt tamen
φ iſte non cadit a feudo , vt caderet ſi iuraſſet alteri ſine pro-
teſtatione:vt prędixi.pro hoc eſt quod dico de feu.c.a.contra
2 rio 3.Item ſecundum quoſdam, † proteſtatio hic eſt contra-
ria facto: ideo non iuuat:quod dic vt dico de conſti. cum M.
& refert Hoſt.in ſimili de iudice, qui fecit quendam ſuſpen-
di,ſaluo iure appellandi,& facit ad illud:ſi quis dicit alicui tu
mẽtiris, ſaluo honore tuo, φ non excuſatur quin teneatur in
iniuriarum : quantum tamen ad propoſitum, verius eſt φ hæc
proteſtatio excuſaret,φ iſte non dicitur incidiſſe in commiſ-
ſum,nam illa verba ſaluo apo. ſe.honore, debent intelligi,id
eſt φ per tale iuramentum non præiudicetur iuramento pręͅ
ſtando ſe. apo. poteſt autem vaſallus ſine præiudicio domini
etiam pręſtare alteri fidelitatem. In gloſſ. 1 . Oppo.quia † non
3 augetur debitum per ſolutionem factam ei cui non debetur:
hæc enim ſo.eſt tanquam quid ſeparatum,& de ſeparatis nõ
eſt illatio.de tranſla.c.2.metu contrarij,dicit glo.φ augetur,
.i plus grauatur debitor in facto: quaſi dicat , φ debitum pri-
mum manet ſua natura. In fi.e.glo.contra,quia primo libere
tur ſoluens

4 tur soluens † alteri quam cui debet. ff de sol. quod stipulatus.
Sol. ibi soluitur ei q fuerat adiectus in stipulatione: vt si stipu-
lor dari mihi aut Titio, & soluitur Titio. hic autem loquitur
quando soluitur alteri cui ex toto debetur. Opp. ad idem. ff. si
certum petatur, eius. Sol. ibi fuit solutum procuratori reuoca
to, de cuius reuocatione non constabat, per hoc quod no. de
rescr. ex parte decani. Opp. ad idem. ff. depositi l. 1. §. si rem. sol.
5 ibi liberatur depositarius † qui restituit depositum non hñ-
ti mandatum qui putabatur habere: quia sufficit quod resti-
tuens nõ est in dolo. In gl. a. ibi, cũ socio, quia constituit ditio
rem causam restitutionis minus peccat, quam si nõ parcitur.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non tenetur parere mandato alicuius pręcipientis illicita.*
2 *Compromittitur super iniurijs.*
3 *Actio iniuriarum an sit in bonis nostris.*
4 *Compromitti potest in aliquem in causa propria.*
5 *Arbitratoris dictum dicitur mandatum, non sententia.*
6 *Arbitrator non tenetur seruare ordinem iudiciarium, et in hoc differt ab arbitro.*
7 *Cogere ad impletionem iuramenti pertinet ad iudicem ecclesiasticum.*
8 *Filiorum nomine an contineantur filię.*
9 *Arbitramentum illicitum non tenet.*
10 *Arbitramentum an sit sententia.*
11 *Differentia inter arbitrum & arbitratorem.*

1 **Quintauallis.** Valde allegabile h. d. Qui iurauit
† stare mandato alicuius, non tenẽ
parere si pręcipit illicita, vt quia filium exhęredet & vxorem
abijciat, vel breuius, iuramẽtum non validat arbitramẽtum
iniquum. Communis diuisio. 2. ibi, quo circa. No: ibi, quinta-
uallis, de hoc nomine proprio, & ponitur sine appellatiuo, ali
bi ꝯ de fide inst. cum P. tabellio, sed hoc est hic, quia est singu
lare nomẽ communiter non solitum imponi. similiter dicit
G. de gallopresso. C. de test. l. hac consultissima, quod etiam di
co de restit. spo. olim. No. Bar. ff. de cond. & demon. l. demon
stratio. ꝙ cum reperirentur plures talis nominis, debemus ex
primere circunstantias. ff. de rei ven. Pomponius si frumentũ
in fi. ver. licet in petẽdo. Item ibi pro offensa, ꝙ super iniurijs
2 compromittitur, † & dicũt quidam, vt refert Inn. ꝙ si condẽ
natus non paret arbitramento, cogitur stare per actionem in
iuriarum, quod procedit si compromissum non est vallatum
stipulatione, vel pœna, vel iuramento: tunc enim succurritur
ei pro quo latum est arbitramentum, si non obseruat, vt agat
pristina actione, nisi compromissum sit vestitum cohęrentia
ꝯctus: quia tunc agitur actione ex eo ꝯctu pro implemẽto ar
bitramenti, & de isto arbitramento cohærẽtiæ ꝯctus dico de
pact. c. 1. Op. ad hoc, quod actio iniuriarum non competit ad
interesse, sed ad vindictam, quod est in bonis nostris. ff de in-
iur. iniuriarum actio in bonis, & sic nõ videtur competere ad
id in quo ille est damnatus, puta in ca. Inn. in hoc refert varias
3 opiniones hic, quo ad illud ꝙ actio † iniuriarum nõ est in bo
nis nostris: illud verum ante li. cont. post li. cont. sic, ante lit. n.
cont. non est transmissibilis ad hr̃dem, postea sic, insti. de per-
pe. & tempo. actio. §. si hæredib. tamen donec viuit passus in-
iuriam, est in eius bonis quoad hoc ꝙ potest eam exercere ꝑ
se, & per procuratorem. ff. de iniur. sed si vnius §. idem ait, &
potest etiam ante li. cont. cedere. C. de hæreditate vel actione
ven. l. si nimis, ergo si potest actione iniuriarum peti id ad qđ
condemnauit, & non petit tanquã interesse, sed ratione vin-
dictæ, pñt etiam damna venire in actione iniuriarum ratione
cõtumeliæ. C. de iniur. dominum, vbi dominus agit pro atro
ci iniuria serui, & habetur ratio damni in cõdemnatione, nõ
tanquam damni: sed tanquam eius quod est causa contume-
4 liæ. Item ibi, earum, ꝙ potest † compromitti in aliquem in
causa ꝑpria, cum hic fuerit compromissum in mulieres pas-
sas iniuriam, s̃. e. veniens, in suprascriptione. ibi, M. quia M. ibi
fuit passus iniuriam, vt in litera, ibi. n. intelligit de alio M. sed
quicquid sit ibi, hic aperte probatur. & est verum, ꝙ potest
compromitti tanquam in arbitratorem: vt hic, & ff. de operis
liber. si libertus, non tanquam in arbitrum. ff. de arbit. l. pe. qa
arbiter comparatur iudici, & quis non potest esse iudex in cã
ꝑpria. C. vt nemo, in rubro & nigro. no. de iud. cum venisset.
Item, ꝙ est dare litem in qua non sunt nisi duę personæ: quia
eadem persona est arbitrator & aduersarius. In iudicio vero re
quirũtur tres, iudex, actor, & reus, de ver. sig. c. forus, sed dictũ
arbitratoris non est sñia, nec processus eius est iudicialis. Item
5 ibi, mandato, ꝙ † dictum arbitratoris dr̃ mandatum, & sic nõ
sñia, pro hoc facit istud verbum mandato, ꝙ sine ministerio
quinquies repetitur, & dicit gl. singularis in auth. vt diffe. iud.
in prin. ꝙ habet instar transactionis, non est tamẽ proprie trã
sactio: cum transactio fiat aliquo dato vel retento. C. de tran-
sac. transactio. de tran. l. super eo. vbi de hoc. Sed est transactio.
gñaliter accepto vocabulo. ff. de iureiur. l. 2. no. Io. An. in Spe.
6 de arbitris §. 1. ver. arbitrator. Item ex hoc not. ꝙ † arbitrator
non tenetur obseruare ordinem iudiciarium, & in hoc differt
ab arbitro, qui ad hoc tenetur: assumitur. n. arbiter ad lites de
cidendas, & habet instar iudicis. C. de arbi. l. 1. de arb. per tuas,
arbitrator autem assumitur ad vniẽdum ꝯctum compositio
nis, vt hic, & C. de ꝯhen. emp. l. fi. insti. de ꝯhen. emp. §. preciũ,
dr̃ etiam amicabilis compositor, vt dicit Spe. de arb. §. 1. & ꝓ̃m
eum sumitur ad componendum inter partes tam circa l. res
quam circa ꝯctus, dic ꝙ non potest assignari differentia inter
arbitratorem, & amicabilem compositorem, & ideo accipiũ
tur pro eodem: & dictum Spe. nullibi probatur: & sic amica-
bilis compositor, seu mediator, seu communis amicus, seu
quocunque alio vocabulo vtaris, omnes isti dicuntur arbitra-
tores. Item ibi iuramentum, ꝙ compromissum qñq; validat
iuramento, quo casu dicit Inno. qui obtinuerit, agit officio iu
dicis vt aduersarius cogatur soluere id in quo est dãnatus, &
sic vr̃ velle Inno. ꝙ hoc casu arbitramentum habet paratam
executionem. ꝯrium no. Bar. ff. pro socio, si societatem §. arbi
trorum, dicens, ꝙ non oritur ex iuramento actio, nisi qñ est
decisorium litis, & ꝙ non petitur executio arbitramenti ꝑꝑ
iuramentum: sed agitur ex stipulatione, si intercessit in com-
promisso, vel ex eo ꝯctu ad cuius implementum venit com-
promissum, pro primo est de arb. per tuas, vbi dicunt aliq esse
casum, ꝙ ex iuramento compromissorio oritur actio, quod
tamen ibi non probatur; & debet intelligi, ꝙ procurator qui
iurauit, potest conueniri per officij implorationem, & sic ẽt
loquitur quod dixi secũdum Inn. Dic ergo, ꝙ cum interuenit
7 iuramentum † poterit implorari officium iudicis ecclesiasti
ci, vt cogat iurantem adimplere, de foro competenti c. fi. lib.
6. An autem ex iuramento commissorio detur actio, dic vt di
co de inst. cum venisset. Item ibi, si quando, no. quod arbitra-
mentum fieri potest sub expressione suppressiua, & vi:: cta. nã
vt prædixi, habet vim ꝯctus, qui potest fieri cõditionaliter. ff.
de condi. Modestinus, de condi. ap. de illis, reg. actus legitimi.
li. 6. secus dr̃ in sñia, quod tamen dic vt dico de app. præterea,
el 1. Item in eo quod præcipit ibi sub debito iuramenti mo-
dum pronũciandi per arbitrationem, sic & alias præcepit sub
pœna compromissi: & ita seruatur, puto tamen hoc subintel
ligendum etiam si nõ adijciatur. Item, ibi, filij, vel filię, nota,
a quod nomine filiorum a non continentur filiæ: † sed ꝯ facit
8 quod sequitur ibi, filios: quia non repetit filias, & pro hoc fa-
cit, quia masculinum cõcipit femininum, pro hoc. ff. de ver.
sig. l. 1. dixi de elect. cle. 1. probatur. ff. de test. tut. l. si quis ita, in
prin. de lega. 2. si ita sit scriptum, in prin. & de ver. sig. filij, & l.
iusta. hoc tamen non est ex proprio significato: sed per inter-
pretationem & extensionem d. l. iusta, vbi dr̃, ꝙ iuxta interp-
tationem sępe filij nomine cõtinetur filia instituta. Item ibi
9 mandatum illicitum, ꝙ † arbitramentum illicitum non te-
net, pro hoc de arb. c. 2. ibi, æquitate subnixum, secus ergo si
iniquum seu illicitum sit, hinc dr̃, ꝙ arbitrator non potest cõ
demnare ad id in quo quis verisimiliter non se obligasset in
specie s̃. c. veniens. ff. de ope. liber. si libertus, pro hoc est quod
dr̃ hic in gl. j. & quod dicit Bar. ff. de transact. cum Aquiliana.
quod non potest arbitrator præcipere parti quod faciat quitã
tiam de omnib. i. finem gñalem, cum talis quitantia sit captio
sa: vt in e. l. vbi habuit eam ptãtem a partib. vt faciat hoc expri
mi in compromissis, & in eo quod dixi, ꝙ arbitramentum il-
licitum seu iniquum non tenet, pro hoc est litera ibi, pronũ-
cies, tamen non dicit absoluas, & d. l. si libertus, ibi, non aliter
honoratum arbitrium. i. arbitramentum, de arb. c. 2. ibi, absol
uas. i. absolutum esse ostendas s̃. c. veniens. In fi. ibi, denuncies
non seruandum, & quod hic mandatur mulierib. vt reuocẽt
10 intellige de facto. † Nota. ex hoc, ꝙ arbitramentum non est
b sñia, nam sñia iniqua b non est nulla, de re iud. cum inter. nec
est arbitrium seu laudum: quia etiam hoc non est nullum ꝑꝑ
iniquitatem. ff. de arb. l. diem §. stari, de arb. per tuas, nec est ꝓ
prie ꝯctus: quia ꝯctus iniquus non est nullus, potius ergo hic
11 dr̃ mandatum, & hẽt instar trãsactionis, quod dic vt s̃. † Quæ
ro in eo quod feci differẽtiam inter arbitrũ & arbitratorem,
si, vt communiter fit, compromittitur in aliquem tanquam
arbitrum & arbitratorem & communem amicum & c. an di
ctum eius censebitur arbitrium, an arbitramentum, dicit In-
no. ꝙ hoc colligitur ex forma procedendi: quia si seruat or-
dinem iuris, censebit arbitrium: si non seruat, arbitramẽtum
censebit-

ADDITIONES.

a Nomine filiorum Adde doct. in c. Raynaldus, de testa. Cy. in l. quicunque. C. de ser. fugi. Bar. in l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. Ab. consi. 37, inc. Christi eiusq; matris præsidio. in 2. col. in 1. vol. Alexã. de Imo. consi. 55. inc. ponderatis his quæ in themate narrantur, in 3. vol.
b Sententia iniqua. Adde Fede. de sen. consi. 128. & 269.

censebitur,idem Barto.in dicta l.si societatem §.arbitrorum,
& Bald. C. de testa. non codicillum,vbi dicit,ꝙ,in dubio , si
non apparet an seruauerit ordinem vel non,censetur procesꝭ
sisse vt arbitrator,vt potius res valeat &c.quod signa.& dic ꝙ
attenditur ptās sibi tradita.si.n.dictum est,quod possit pronū
ciare de iure & de facto,omnino est arbitrator.ff.de arb quod
de meis * §.recepisse,& quod ibi no.arbiter.n.tantum de iure
pronunciat:vt ibi, potest tamen esse arbiter etiam si in com-
promisso sit dictum ꝙ possit ꝓcedere de iure & de facto : sed
pronunciare de iure,poterunt.n.partes renunciare solemni-
tati ordinis iudiciarij,quod tenet Bar.in §.arbitrorum,ꝓ hoc
est quod no.de re iud.c.l.li.6.Contra prædicta facit quod no.
Spe.de arbitro.§.fi.ver. quid si compromissum est in aliquē,
vbi dicit,quod si processit vt arbiter,non potest pronunciare
vt arbitrator,nec eꝯ,dic ꝯ:quia potuit ꝓcedere ex vtraque po
testate,si erat assumptus,vt arbiter & arbitrator,pro hoc facit
quod no.Inno.de præscrip.cum ex officij,& Bar.hoc tenet in
§.arbitrorum,& ff.de fur.si dominium,& Bal.in d.l.non codi
cillum,& tenebit sentētia prout melius valere poterit,de ver
bo.sig.abbate.

ADDITIO.

* Nota quod in vulg.edit est lex,quæ inci.idem Pomponius,Scribit,si de meis.
quæ in P.F.ponitur pro.§.legis Pomponius.B S.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges inuicem se abiurare non possunt.*

1 Tua nos. † Coniuges non possunt inuicem se abiu-
rare.Communis diuisio.2.ibi,nos. In gl.c.
ibi,veniali,ꝯtrarium sentit glos.per id quod sequitur ibi,immo
ad minus&c.& dicit Inn.ꝙ puniuntur tanquam pro morta
li 21.q.4.qui sacramento,de hoc dic vt s.c.si vero,& c.verum
in glo.non tamen ibi,quod deo patri.dic vt no. de conuer.cō
iug.ex parte.In fi.gl.pe.& hoc,quia iuramentum hic erat illi
citum,ex quo non continebant.

SVMMARIVM.

1 *Iurans contrahere cum aliqua propter fornicationem potest eam re-
pellere.*
2 *Iuramentum viri de non accusando vxorem an valeat.*
3 *Iuramentum tenet de non accusando vxorem de adulterio.*
4 *Iuratus iurans non denuntiare,poterit facere denuntiari per alium.*

1 Quemadmodum. † Vir qui iurauit cum
muliere ꝯhere, ꝑꝑ for-
nicationem vel deformitatem superuenientem potest eam
2 repellere.ꝑꝑ ꝓcedentē,non hoc primo.† Temerarium est iu
ramentum viri de non accusando vxorem pro nullo crimine
in gñe,sed si in specie,vt in adulterio,tunc non debet accusa-
re:sed denunciare potest,tres habet partes.vt tres sunt qōnes.
Secunda ibi,illud. Tertia,quod si.Prima subdiuiditur.Primo
inducit simile solutioni faciendę.Secundo soluit,ibi,ita si qs.
Tertio probat absolutionem per euitationem absurdi,& per
rationē,ibi, alioquin. Quarto rñdet obiectioni iuramēti,ibi,
non obstante.In fi.gl.2.de hoc per Arch.de spon.c.1.li.6.& fa-
cit ad hunc si.de ele.significasti,& quod ibi no.in gl.4.ibi,de-
bitores,dic vt ibi.In glo.antepen.in fi.sed si stetur solutioni q̃
dat illa glo.infertur ꝯ hanc literam,ꝙ etiam non valeat iura-
mentum de non accusando vxorem de adulterio,dic ergo ꝙ
seruando hoc iuramentum non tenditur ꝯ publicam vtilita
tem,cum possit denunciare:vt in lra Op. ad hoc & ad liciā,
ꝙ non debeat distingui inter accusationem, & denunciatio-
nem.at.de accusa.super his.Sol.illud facit pro,& ꝯ,diuerso re
3 spectu.Inn.dicit † quod tenet iuramentum de non accusan-
do vxorem de adulterio:quia excludit rem familiarem.Iura-
mentum vero de non denunciando non tenet:quia excludit
fauorem animæ,dicit etiam Inn.quod per denunciationem
præcipiet iudex viro:vt nō cohabitet vxori nisi pœniteat:nec
per hoc venit ꝯ iuramentum de non accusando:quia non iu
rauit cohabitare,sed non accusare.si autē iurasset cohabitare
etiam cum impœnitente, non est seruandum iuramentum
ſm Inn.& hoc etiam vult gl.vlt.In gl.fi.ibi,tuæ, & regula, cū
quid li.6. & dic vtrobique,not.ibi,castigare moderate.ff.ad l.
Aquil.præceptores,vel non licet.C.de repu.consensu,ſm In-
no.& auth.sed hodie.ibi,sicut,vbi not.de ptāte viri ad vxorē,
in fi.e.gl.Quid si iuratus † iurauit non denunciare: dic ꝙ po-
4 terit facere per alium denūciari.de inst.cum venisset,vel me-
lius,non tenebitur seruare iuramentum s.c.ad nostram,el 2.
in glo.2.Quid si per denunciationem non sufficienter proui
detur:vt quia mulier non potest induci ad pœnitentiam: di-
cit Inn.ꝙ nunc maritus poterit accusare,quod no.ex hoc dic,
ꝙ aut iurat de nullo crimine accusare,& non tenet iuramētū
vt in litera,& in gl.nam illud,aut non accusare de certo crimi
ne:puta de adulterio,& non potest primo capite accusare:sed
denunciare:vt hic ad finem,sed si p denunciationem nō suffi
cienter prouidetur poterit accusare, vt nunc dixi,pro hoc lra
ibi,tutius,quæ non indistincte prohibet accusationem.

SVMMARIVM.

1 *Monachi licite iurant cum sunt testes in causa monasterij.*
2 *Negationes duæ quando non inducant affirmationem.*
3 *Verba generalia etiam cum signo vniuersali restringuntur per præce-
dentia,vt includant tantum similia præcedentibus.*
4 *Dictio,Amen,plus importat quam dictio,in veritate.*
5 *Exercitium orationis,vel alia ad cultum diuinum pertinentia,si noceāt
corpori ad exercitium virtutum,temperanda sunt.*
6 *Causa cessante cessat dispositio quo ad effectum non consumatum.*
7 *Causæ quatuor,& quando cessante causa cesset effectus.*
8 *Causa formali cessante quando cesset effectus.*

Et si Christus. Monachi & conuersi licite iu-
rāt,cum sunt testes in causa mo
nasterij.Primo tractat in gñe an & quādo liceat iurare & qua
liter.Secundo concludit ad casum propositum,ibi,licet.Pri-
ma subdiuiditur.Primo rñdet autoritati Euangelij quæ vr̄ ꝓ
hibere iuramentum.Secundo autoritati Iacobi,ibi,Iacobus.
Tertio probat multis autoritatibus ibi,Angelus.Quarto red
dit rōnem quare aliquando prohibetur iurantib.ibi,quidam
a etenim. In fi.gl.2.dic,ꝙ hic duæ negationes a non inducūt af-
1 firmationem,† quia nō referūtur ad idem,quo casu loquitur
duob.sed ad diuersa,vna.n.respicit verbum cordis, alia verbū
oris,qñq;etiam licet referantur ad idem, non inducunt affir-
mationem,sed altera abundat.ff.de ver.obl.l.1.§.si quis ita,de
dam.infec.fluminum §.1.quod signa.In gl.3.ibi,vbi exprimi
tur in iure.signa gl.quia sing.& idem no.22.qō.1.si aliqua.&
vltra modos positos in gl.habes alium de frigi. fraternitatis,
hoc procedere quo ad eccleſiam Romanam, cuius reſpectu
tempus centenarium non habetur pro tempore cuius con-
trarij &c.quia ſuccedit loco temporis quadragenarij. de hoc
dic,vt in d.c.1.

A D D I T I O.

1 Cuius Papa eſt epiſcopus.Adde Archi.in c fi.16.q.4. Bal.in auth.quas actio
nes.C.de ſacr ſan.eccle.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus fundat intentionẽ ſuam de iure in capellis ſuæ diœceſis quo ad ſpiritualia tantum.*
2 *Priuilegium impetratum tacito iure ſpeciali competenti aduerſario, non valet in præiudicium illius iuris.*
3 *Eccleſia in officia diuino debet ſe conformare cum eccleſia maiori, cui ſubeſt.*
4 *Priuilegia impetrata poſt laudum non vitiantur tanquam ſurreptitia cum ratione.*

Cum olim. Abbas in capellis poteſt pręſcribere epi
ſcopalia: obtinet tamẽ in his tantũ quæ
præſcripſit. Primo ponitur actoris petitio,& iura eius. Secun
do iura rei,ibi,ad elidendam. Tertio diffinit,ibi: quia & ȷ̃.de-
ciditur. & allegabant etiam præſcriptionem. No.ibi,vniuer-
1 ſa ſpiritualia.ꝙ † epiſcopus a fundat intentionem de iure cõ
a muni in capellis ſuę diœceſis quo ad ſpiritualia, ſecus quo ad
temporalia ſ.titu.1.cum ſuper ſpiritualibus. & hoc in cleri-
cos,vt hic & de arbi.contingit.& in Spec.de arbi.§. ſequitur.
verſ.ſed nunquid abbas.Item, ꝙ compromittentes intelligũ
tur recedere a iure ſibi competenti, ſi latum fuerit laudum:
laudo enim ſtandum eſt vt hic.& de arbi. cõtingit.vñ hic pri
uilegia q̃ p̄ceſſerunt laudũ,non proſunt monaſterio,vt in gl.
2 Item ibi aliorum quoque. ꝙ † priuilegiũ impetratum taci-
to iure ſpeciali competenti aduerſario,non valet in præiudi-
cium illius iuris. hic enim priuilegia impetrata tacito de lau
do non proſunt monaſterio. ſimi. conſului, ꝙ non valet pri-
uilegium poſt rem iudicatam,tacito de illa,pro hoc de deci.
ex multiplici.& de hoc etiã ȷ̃.Item ibi, videbatur. de hoc ver-
bo, ꝙ titulus repetitur, & eſt expreſſiuum veritatis. alibi ali-
ter. Item. ꝙ præſcriptio prodeſt ſolum in his,quæ probantur
3 præſcripta. Item ibi,officiis celebrandis † ꝙ eccleſia in offõ di
uino debet ſe conformare cum eccleſia maiori cui ſubeſt. fa
cit quod no.de celebra.miſſarum.cle.1.in glo.pe. Item ibi,iu
ſta tenorem arbitrij. ꝙ qñq; ſentẽtia fertur generalis,facta re-
latione ad inſtr̃m, niſi ſpecifice continentur quæ veniũr ſub
genere.hoc tamen non omnino hic colligitur.& dic,vt dixi
de excep.cum venerabilis.In glo.2.ibi, ↄ ep̃m. dicit Hoſtien.
ꝙ hoc potuit abbas quia erat exemptus. dic melius vt dixi in
c.auditis.In glo.fi.ibi,cum tempore.dic,vt ibi.& dic, ꝙ debet
hic intelligi ꝙ laudum fuit validum: quia ſic præſupponitur
in litera,ibi ex multiplici. dic melius, quod non dicitur hic,
ꝙ alia priuilegia non valuerint: nec hoc probat c.ex multi-
plici,ſed ſolum ꝙ non præiudicant iuri de quo non faciunt
mentionẽ:& ſic non vitiantur hic priuilegia impetrata poſt
4 laudum tanquam ſurreptitia: † laudum enim parit exceptio
nem peremptoriam.& de tali non poteſt excipi per modum
ſubiectionis de fo.compe.ex parte.vbi de hoc.de lit. conte.c.
1.li.6.ſi non præiudicant laudo,cum de ipſo nõ dixerint ibi,
non tangit illa capl̃a.vel ſi tangit,intellige quod abbas iſte nõ
fuit ille,cuius tp̃e laudum erat,& ſic potuit eſſe bonę fidei. vt
quia ignorabat de laudo.In fi.e.gl. Op ad literam ibi,excom-
municando & interdicendo. nam talia videntur competere
ep̃o,nec poſſunt præſcribi: vt notat Hoſtien.de fo.compe.cũ
contingat. Sol. dictum illud nõ eſt verum per hanc literam,
& de hoc etiam ibi,ex hoc habes,dic,quod ius excommuni-
candi & interdicendi poteſt per inferiorem epiſcopo p̄ſcribi.

A D D I T I O.

a Epiſcopus Adde quod idem dicitur in c.auditis ſup.eo.in primo notabili.

S V M M A R I V M.

1 *Agens uti poſſidetis proponit libellum negatiue.*
2 *Parochia quandoque pro eccleſia parochiali capitur.*
3 *Negatio nihil ponit.*
4 *Obiciens contra agentem uti poſſidetis, quod ui poſſidet, auditur ante litem conteſtatam, ſecus poſt.*
5 *Exceptio ſpoliationis licet generaliter ſit dilatoria, tamen contra agentem vti poſſidetis poteſt opponi peremptorie.*
6 *Sententia in petitorio trahit ad ſe ſententiam in poſſeſſorio.*
7 *Spiritualia conferri poſſunt per laycum apoſtolicum.*
8 *Deuolutio non fit ad metropolitanum propter malitiam diœceſani.*
9 *Pontificibus duobus in diſcordia electis, excuſatur adhærenes magis vni quam alij.*
10 *Conceſſio tacito de primo priuilegio, non valet.*
11 *Impetrans titulum ſufficientem ad acquirendum dominium, quãdo intelligatur renunciare titulo quem primo habebat.*
12 *Priuilegium & præſcriptio an circa idem concurrere poſſint.*

Veniens. Qui præſcriptione completa impetrat pri
uilegium contrarium,& eo vtitur, pręſcri-
ptioni renunciat & ſi non erat completa, nullam fidem ha-
bet,& non præſcribit. Primo ponitur conuentio abbatis. Se-
cundo reconuẽtio epi.ibi, præfatus. Tertio ſentẽtia, ib., chri-
ſma. Quarto ſoluit vnum obſtaculum, ibi, non obſtãte. Qui-
to aliud,ibi: nec.& inf.deciditur, ꝙ ẽt petebat ep̃s vt clerici di
ctorũ locorũ cõpellerẽtur ab eo recipere eccleſiaſtica ſacr̃a.
Abbas vero dicebat ꝙ hoc facere non debebant ſine eius li-
centia. & de eius mandato poterant recipere a quo ep̃o vel-
lent:& ad hoc induxit priuil. Paſchalis, Ale.& Clem. inſup. ſu
præſcriptionem.& de hoc in gl.minus bene fuit deciſa.ſimil.
de app.c.1.lib.6.Not.ibi,non impediat.iuxta gl.1.quod agens
1 † vti poſſidetis proponit libellum negatiue. de hoc inf. Item,
ꝙ ſuper iurib. competit vti poſſidetis. Item ibi, parochia vel
a comitatu. ꝙ hęc accipiuntur promiſcue.& dic,& p vel, a qñ
2 que † parochia pro diœceſi vt hic. quandoque & pro eccleſia
parochiali.de paroch.c.2.de ecc.ędi.c.2.ſimi. no.de pronunc.
de rapto.c.1.& quod dicit comitatu.dic.i.diſtrictu. hæc tamẽ
differunt,vt no.de elec.vbi periculũ.lib.6.& clem.2.§.ſane.de
elec.in gl. Item, ꝙ epiſcopus fundat intentionem de iure cõ-
muni in decimis ſuæ diœceſis,ideſt in quarta decimarum. de
offi.ordi.conquærente.In fi.gl.1.Oppo.quia ſi intentabat vti
poſſidetis, non fuit opus allegare tit.quem tamen allegauit.
ibi,ſicut in priuilegio.Innoc.ſoluit ꝙ ex ſuperabundanti Ho
ſtien.dicit ꝙ immo neceſſario habuit producere priuilegiũ,
cum fundaret ſe ſuper eo.de libel.obla.c.3. de fide inſtr. cum
inter.ſed hoc non repugnat dicto Inn.nam non dicit Inn. de
productione,ſed delegatione.vel ſecundum Inn.abbas inten
tauit confeſſoriam:& tunc directe allegauit tit.Oppo.ad idẽ,
3 ꝙ nõ debuerit † admitti libellus negatiuus: qa negatio nihil
ponit.Sol.admittitur in vti poſſi.& negatiua reſoluit̃ in affir-
matiuam,

A D D I T I O.

a Et pro vel. Adde c.ex tua.de fil.presby.l.ſæpe.ff.de ver.l.ſi Titio fundus.ff.de
vſufr.leg doct.in l.Titia.in §.fi.ff.de leg.2.

exprimatur.hoc ꝓcedit qñ ius commune est clarum . ꝑ hoc
est ꝙ no.Inno.de of.dele.p.& g.sed si dubium sit,vt quia sunt
opiniones variç de intellectu l.& iudex sequitur opi.alteram
ẽt non veram,sñia non est nulla.† ff.de iudi.cum prælatus:&
de postul.c.vno.li.6.& pone exemplum qñ exprimitur:vt qa
iudex pronũciat puberem esse sub tutela,vel minorem ẽt lę-
sum non posse petere restitui,vel quid simile,ibi.§ falsus.dic,
ꝙ ibi ratificatio dñi præiudicat sibi:ita ꝙ non audit opponẽs,
3 ꝑ id ꝙ sequit̃ in gl.† nam sñia lata ꝯ falsum ꝓcuratorem non
est oino nulla:licet non ꝑiudicet dño, sed tenet in ꝑiudicium
procuratoris.no.de arbi.per tuas.dñs itaq; appellando vr̃ fate
ri ꝙ sibi pręiudicet: & sic approbat eam tanquam validam,li
cet impugnet tanquam iniustam , & vr̃ hoc ꝓcedere qñ dñs
simpl̃r appellat.sed si appellat sub forma ꝯsueta,dico nullam
& si qua est appello.volui defendere in quodam examine nõ
habere locum dictum §.cessat.n.rõ ꝑmissa , & hoc casu quo
dñs intelligit approbare factum falsi procuratoris , intelligiẽ
hoc in suum commodum.C.in qui cau.in integrum rest.nõ
est necess.si tutor.ibi gl.& Cy.ꝯ.no.ff.de exce.rei iud.si matri.
§.hoc iure,in gl.& ibi eam tenet Bar.& in l.si tutor,& verius
est,& tacit ꝑ hoc,quia ex quo põt approbare in suum incom
4 modum:ergo & commodum , vt sit paritas † in iudicijs: de
mu.pe.c.2 & ne idem actus pro parte teneat.no.de arbi.cum
tempore,& not.gloss. de hoc in dicto §.falsus,quia alibi non
habes in hac compilatione.

S V M M A R I V M.

1 *Aequitas & rigor circa idem concurrere dicuntur.*

Iurgantium. Breue & forte fuit exordium alicuius
sñię , vel instructio alicuius iudicis.
1 †No.ibi,æquitati & rigori,ꝙ æquitas,& rigor a ꝯcurrunt cir-
a ca idem,alibi videntur contrariari.de transact.c.fi.& dic vt ib.

A D D I T I O.

a Aequitas & rigor. Adde Card.i.in c.2.de consue.Card.in c.j.in 6.no.de alie.
iu.& in l.placuit.C.de iud.

S V M M A R I V M.

1 *Concorditer illud fieri dicitur quod fit a maiori parte collegij etiam si
alij contradicant.*
2 *Sacerdos an possit deponi per episcopum sine alijs episcopis.*
3 *Degradatus ab ordine an retineat characterem.*

Non potest. Breue. in glo.1.ibi,eꝑorum.simile de
of.or.si sacerdos,& ꝓcedit hęc expositio
exponendo literam ibi,sacerdotali gradu, ꝓprie. sed si in-
telligitur sacerdotali.i.epali,tunc non sufficit sñia eꝑorum si-
ne commissione Papę,vt sequitur in glo.ibi tunc ꝯcors.dr̃ er
1 go †ꝯcorditer fieri a ꝙ fit a maiori parte collegij:ẽt si alij ꝯdi
a cant.ex hoc vr̃,ꝙ aliud sit dicere concorditer:aliud vnanimi-
ter.nam cum dr̃ vnanimiter,vr̃ intelligẽdum nemine dissen-
tiente.de post.c.fi.de cau.po.cum ecclesia.vbi dico . posset tñ
dici idem in ver.vnanimiter. quod in verbo concorditer, &
ad tollendum dubietates,additur,nemine discrepante,quod
facit pro licentia examinandorum : ibi pastoralis. dic, vt ibi.
2 Oppono extra glo.ꝙ possit sacerdos †deponi per episcopum
sine alijs episcopis.de hære.c.1.lib.6.Solu.fallit in causa hære
3 sis.† Quæro an degradatus ab ordine retineat characterem:vr̃
ꝙ non , per literam ibi , a sacerdotali gradu submouere.con-
trarium no.de pœnis cap.2.lib.6.in glo.vlt. quia character est
b indelebilis, b & illud commodius, & expone submouere a
sacerdotali gradu.i.ab habilitate exercitij illius gradus.

A D D I T I O N E S.

a Dicitur ergo concorditer fieri. Adde text.in c.quam sit.in ver. concors fra-
trum sententia. 18.q.2.text. in c.cum nobis olim. in verbo concorditer. de
elect.glo in verbo singulis.in cap.vbi periculum in §.idem quoque.de ele-
ctio libro 6.
b Character est indelebilis. Adde sanctum Thomam in 3.parte.q.63.ar.5.& 3.
dist.4.q.1.ar.3.

Eaque. Breue. & fuit forte exordium alicuius papalis
constitutionis.

S V M M A R I V M.

1 *Executor merus non cognoscit de executione fraudis contra senten-
tiam.*
2 *Actus merus quando dicatur.*

1 **De cætero.** †Merus executor non cognoscit de exe
cutione fraudis ꝯ sñiam,sed remittit,&
supsedit.Primo ponit regulam negatiuam. Secũdo instruit,
ibi,sed no.ibi,executor.ꝙ noĩe executoris intelligitur de me
ro,mixtus.n.magis ꝓprie dr̃ delegatus q̃ executor . de hoc de
of.dele.pastoralis.§.quia vero.In gl.1.ibi,vbi solam executio-
nem,ad quid aũt cognoscatur an sit merus executor. i. mere
& pure hñs exequi aliquam cognitionẽ:an vero sit mixtus.i.
hñs cum ptãte exequendi admixtam ptãtẽ cognoscendi.dic
2 vt in d.c.pastoralis.§.quia vero,& cõiter dr̃ † merus qñ com-
mittit̃ executio actus plene cogniti: vt si mandatur ꝙ mittat̃
sñia executioni quæ transiuit in rem iud.l.& si non cognitio.
alias in glo.quę hr̃. C.si ꝯ ius vel vtil.pu.qñ aũt committitur
cognitio actus non plene cogniti:tunc non dicitur merus.

S V M M A R I V M.

1 *Pignoris datio an sufficiat ad executionem sententiæ.*

1 **Cum aliquibus.** Et breuius. † Ad executionem
sñiæ nõ sufficit datio pignorũ.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra matrimonium non transit in rem indicatam.*
2 *Iudex vbi procedit ex officio etiam non postulato.*
3 *Fatalia an currant in causa matrimoniali.*
4 *Sententia in causa matrimoniali quomodo dicatur non transire in rem
indicatam.*

1 **Lator præsentium.** †Sñia lata ꝯ matrimoniũ
non transit in rem iu. vñ
reuocari põt qñcunq; ꝯstiterit aliquam deceptam : ẽt si non
fuerit appellatum.h.d.cum c.tenor, & c.ꝯsanguinei . Primo
ponit factum.Secundo dat iudices,ibi,nolentes . In gl.pe.ibi
ex alia cã, & forte ex ista quæ fuit ꝓbata, licet esset falsa.In gl.
fin.ibi,non dẽt, & in hoc spãle in sñia lata in cã matrimonij,
quia retractatur si per allegationes de nouo repertas põt ostẽ
di eam fuisse iniquam:vt in iuribus.præall.secus in alijs sñijs,
ꝯ.c.cum inter. & dic, ꝙ iudex ẽt parte inuita põt ꝓcedere ad
retractandam sñiam latam in matrimonio,quod innuit lite-
ra in eo ꝙ retractatur sñia quæ fuit lata de consensu partium,
saltim tacito seu dissimulato,& licet in principio appareat ꝙ
2 vir instabat pro retractatione,idem tñ si non instat: † quia in
talib.iudex ꝓcedit ex officio ẽt nõ postulato.de diuor. porro.
ad fi.no.de iureiu.ad nostram,el.a.In fi.e.glo.quæro,si appel-
3 tur in causa matrimonij: †an fatalia currant,vr̃ ꝙ sic,ꝑ iura q̃
indistincte statuunt appellationibus fatalium annum, vel ex
causa biennium ad faciendam appellationem ꝯ.tit.1.ex ratio
ne,in ꝯrium,quia illa statuuntur vt sñia transeat in rem iudi.
a sed in causa matrimonij a non transit,& hoc Innoc.tenet de
of.or.significauit.dic ꝯ,vt stent iurib.indistincte statuentib.fa
talia,& quod dr̃,ꝙ in causa matrimonij non transit in rem iu
4 dic.intellige,†ꝙ non oĩno transit , sicut in alijs sententijs:tñ
transit suo modo. non enim post rem iudicatam indistincte
auditur volens venire ꝯ sentẽtiam:sed auditur præmissa sum
maria cognitione.no.Inno.infra c.tenor,& ibi dico.

A D D I T I O.

a Sed in causa matrimonij. Adde glo.pe.in c.causam matrimonij. de prob.gl.
in verbo restituimus.in c. ex literis.de in integ.resti.

S V M M A R I V M.

1 *Consuetudo ciuitatis habet locum etiam quo ad clericos.*
2 *Sententia continens errorem, etiam confirmata per aliam,reuocatur.*
3 *Consuetudo laycorum qua liget clericos.*

Cum causa. Sñia lata pretextu inique consuetudi-
nis reuocatur.Primo ponitur factum
2 Secundo diffinitio,ibi:nos.† No.ꝙ consuetudo ciuitatis ha-
2 bet locum ẽt quo ad clericos,quod dic vt ꝯ.† Item.ꝙ sñia cõ
tinens errorem,etiam confirmata per aliam sñiam , reuocat̃
tanq̃ inualida,& sic licet ferantur multæ sñię circa idem,si tñ
oẽs continent errorem non ꝑ hoc confirmatur 1. & in hoc
est hic tex.sing.secus si scd'a sñia nõ contineret errorem: sũc
.n.ꝑ eam prima ꝯfirmaretur,quæ ẽt alias non tenebat.In glo.
2.ibi,forte talis.Alij aliter exemplificãt,& põt exemplificari.
ꝑ c.constitutus.de in inte.re de fo.comp.c.a.lib.6. sed sufficit
3 extra gl.In fi.e.glo.iuncta lr̃a,allegant aliqui hoc c.ꝙ † cõsue
* tudo laicorum ligat clerico.* de hoc. C.de summa.trin.l.1.ꝑ
Bar.q.5.dic ꝯ,vt dico de const.q̃ in ecclesiarum,& hæc lr̃a nõ
facit.nam hic erat consuetudo nõ laicorum tñ,sed ciuitatis
Veroñ.vt in litera,& sic poterat esse mixta tã clericorũ ꝙ lai-
corum.pro hoc quod no de foro compet.dilecti. Item, dato
ꝙ hic teneret sententia lata iuxta consuetudinem laicorum
rationabilem,per hoc non infertur,ꝙ consuetudo liget cleri
cos,sed potest iudex ecclesiasticus sponte eã seq.ꝑ hoc est qđ
dico de eo q mit.in pos.cum venisset,& quod ẽt plenius dico
in d.c.quæ in ecclesiarum,de const.In glo.vlt. in fin.op.ꝙ nõ
debuerit reuocari sñia,cũ nõ appareat ab ea appellatum.So.in
sñia ꝯtinebat̃ error,quia iudex pronunciauit sm cõsuetudinẽ
Veron.& illa erat ꝯria iuri, vt in exemplo, de quo in glo.a.

A D D I T I O.

* Clericos. Adde Fely.in hoc c & in c.ecclesia S.Mariæ.de const.q.8.ver.Secũ.
dus casus.Alex.consil.91.& 97.volum.1.& Aret. in c.quod clericis.de foro
competen.B.S.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ nulla non statur.*
2 *Iniquitas manifesta reddit sententiam nullam.*

1 **Inter cæteras.** Breue,& breuius,sñia iniqua retra-
ctatur.vel sic.sententiæ †quæ est nul
la non statur.vel sic,sñia continens manifestam iniquitatem
non tenet.Pars de rescript.inter cęteras. In glo.1.ibi,appella-
tum fuit ab ea,& tunc expone literam ibi,euacuauit id est re-

tractanit. ibi,de facto. Ex hoc no. ꝙ verbum euacuari pōt ex-
3 poni de iure,& de facto.no.ēt,ꝙ manifeſta iniquitas † reddit
ſententiam nullam,de hoc ī.c.cum Bertoldus.& in ſeq.glo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra abſentem non contumacem lata non tenet.*
2 *Deſponſatio per anullam infert matrimonium.*
3 *Præſens vel abſens contumax auditur contra ſententiam in cauſa matrimoniali.*
4 *Res efficitur litigioſa,nedum cum agitur reali,ſed & cum perſonali.*

1 **Tenor.** Summa vt ſ̄.c.lator,vel gñalius ſic. ſñia † ɔ̄ ab-
ſentem non ɔtumacem lata non tenet. Com-
munis diuiſio ibi,ideoq;.No ꝙ licet debeat fieri in reſcripto
mentio de proceſſu.de reſcr.dilectus, el 1. ſi tñ eſt nullus non
expedit.hic.n.mulier in literis tacuit de abſolutoria ɔ̄ ipſam
lata:& tñ lrǣ ex hoc non impugnātur: quia illa abſolutio nō
tenit vt ī.Item ibi,ſed quia nocte,ꝙ qui ɔ̄hit matrimonium
& ɔſumat,pſumitur non infirmus.hic.n.reijcitur allegatio
infirmitatis ex hac cā.Item ibi,oſtendit literas,ꝙ ſñia ꝓbat̄ p
2 lrās iud.ꝙ intellige ſm no.de ꝓba.poſt ceſſionem. † Item,ꝙ
deſpōſatio p anulum infert mr̄imonium : vt in gl.Item ꝙ li.
pen.agitata non valēt:ita ꝙ nō licet vti poſſeſſione li.pen.ac-
quiſita,vt in glo.1.ibi,ſequēda. ſ.ɔſummatio matrimonij ſta-
tim ſecuta.ꝙ dic vt ſ̄.p hoc eſt,ꝙ dr̄ in glo.ſeq.In gl.1.ibi,p̄lu
mitur ꝑ matrimonio,ex hac gl.colligit,ꝙ ꝓbata deſpōſatio-
ne p anulum infert̄ ꝓbatum ꝑ matrimonio , ꝙ tñ nō ꝓcedit
indiſtincte,eum poſſit anulus dari ob aliam cām. ſ. in ſignū
ſponſaliorum de futuro. ſed gl. ꝓcedit vbi anulus nō dēt niſi
tpe mr̄imonij, vt Paduæ fit.de hoc plenius dico de deſpō.im
pub.c.fi.q.10.vbi an facto vel verbo.hęc gl.ſentit,ꝙ ſolo ɔſen
ſu ſine verbis poſſit ɔ̄hi matrimonium, ꝙ plenius dic , vt de
ſpon.tuæ.In glo.pe.ibi,nulla eſt,ex hoc colligitur ſummariū
de quo ſ̄.ibi,non reuocaret̄ fallit in cā mr̄imonii.ſ̄.c.lator.&
ſic,cum hic eſſet cā matrimonialis, ēt ſi fuiſſet lata ɔ̄ pñtem,
3 vel abſentem ɔtumacem,† adhuc audiret̄ ɔ̄dicēs.Op.ad hoc
ī.c.prox.So.ſm Inn.non audit̄ indiſtincte ɔ̄dicēs: ſed p̄miſſa
cognitione ſummaria,& ſi apparet cā rōnabilis,audiet de re-
ſti.in integ.ex literis alias non,vt ibi,& ī.c.prox. ꝑ hoc eſt de
p̄ſum.quia veriſimile,& ꝙ ibi dico,& hęc ſigna: faciunt.n.ad
id ꝙ dixi ſ̄.c.lator.ꝙ ēt in cā matrimoniali,ſi appellat̄,currūt
fatalia.Quęro circa hoc ꝙ dixi de ſummaria cognitione,qua
liter expediet̄.dicit Inn. ꝙ ēt non citato aduerſario , ꝙ ſigna.
Ex hoc infertur , ꝙ ſi non pmiſſa tali cognitione iudex audit
petentem reuocari,nō poterit aduerſarius de hoc opponere:
ſuperior tñ poterit iudicem ex hoc punire,& pōt ēt dici,ꝙ po-
terit aduerſarius opponere & appellare,dicit tñ Ho. ꝙ in du-
bio iudex potius audiet petētem reuocari,quam omittat.de
ap.cum ſpāli,in fi.licet ſm Inn.non dēt in hoc eſſe facilis , ꝙ
ſigna.ſic ergo ꝙ dr̄,ꝙ matrimonium non tranſit in rem iud.
intellige omnino.nam ſuo modo tranſit:quia nō indiſtincte
auditur ɔ̄dicens,ꝑ prædicta.In glo.ibi res.i.ipſe R.& no.gl. ꝙ
4 non ſolum cum agitur reali res efficitur litigioſa,† ſed etiam
de perſonali,puta de matrimonio,cum coniunx vendicat cō
iugem,potius agitur reali quam perſonali.pro hoc facit hæc
litera cum hac glo.& no.etiam glo.in alio,ꝙ id quod dr̄ ꝙ li.
pen.non eſt quis priuandus ſua poſſeſſione , procedit in poſ-
ſeſſione acquiſita ante lit.conteſtatam.

SVMMARIVM.

1 *Diuortij ſententiam reſcindi petens non auditur.*
2 *Sententia cenſuræ an tranſeat in rem iudicatam.*

1 **Conſanguinei.** †Petēs reſcindi ſñiam diuortij ſi
ne cā rōnabili,non audit̄. Cōmu
nis diuiſio.Secunda ibi,fraterni.No.ſummarium,& facit ad
no.ſ̄.c.proxi.ꝙ indiſtincte non audiatur petens ſñiam latam
in matrimonio reuocari ſine præmiſſa cognitione ſumma-
2 ria.In glo.fi.in fi.†Quęro an ſñia cenſuræ a tranſeat in rem iu
a di.vr̄ ꝙ non,ſicut nec ſñia in matrimonio ſ̄ c.prox.& c.lator.
Ho.dicit, ꝙ quantum ad priuatum intereſſe tranſit ſicut aliæ
ſñiæ ī. c. cum inter. non autem quantum ad intereſſe publi-
cum. ſed ſententia in matrimonio non tranſit etiam quo ad
priuatum intereſſe ſ̄.c.proximo.& c.lator. quod ſigna.

ADDITIO.

a n ſententia cenſuræ. Adde Fely.hic in prima co.vbi dat multas fallentias.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura dicitur fieri per anulum.*
2 *Nominatio habet vim collationis.*
3 *Archidiaconatus conferri non debet ei qui eſt ſubdiaconus.*
4 *Pluralitas titulorum eccleſiaſticorum reprobatur in eadem perſona.*
5 *Theſaurarius in eccleſia an habeat duplicem vocem.*
6 *Diſtributiones quotidianæ ſunt alimenta.& num.7.*
7 *Stipendium certum ſi ſit relictum in alimentis priori & fratribus & prior ſit frater,an ſemel tantum debeatur.*
8 *Geminatio iurium in ea perſona computatur ſicut in diuerſis.*
9 *Iudex ſecundo interloquens non facta mentione de primo , non ex hoc videtur eam reuocaſſe.*
10 *Actus ſurreptitius non valet,etiam conſentiente aduerſario.*
11 *Sententia contra occupantes bona eccleſiæ valet , etiam ſi non ſint citati.*
12 *Sententia contra officialem reipublicę abſentem non contumacem ad quid valeat.*
13 *Collegij maior ſi conſenſit,omnes conſenſiſſe præſumuntur.*

Cum olim. Si Papa ɔ̄ ſuam ſñiam confert bñficium
hoc tacito , collatio tāquam ſurreptitia
non tenet. Primo ponitur factum . Secundo commiſſio,ibi:
nos. No.ibi duplici voce, ꝙ quis pōt habere duplicem vocē.
1 de hoc in glo.ꝑ hoc ꝙ dico de of. dele.c.licet.†Item ibi,inue
ſtiuit,ꝙ p anulum fit inueſtitura.de hoc de ɔceſ.p̄b.ꝓpoſuit.
2 de his quę fi.a ma.par.ca.ex ore.de ɔſue.c.2.† Item ibi,nomi-
nare,ꝙ nominatio hēt vim collationis.Alibi aliter ſumit̄.de
3 poſtul.bonę.el 1. † Item, ꝙ non dēt ɔferri archidiaconatus ei
qui eſt ſubdiaconus.Item, ꝙ ſñia ēt appellata ſurreptitie non
tenet.Item ꝙ ɔ̄ abſentem ēr non citatum qñq; pronūciatur.
ꝙ dic vt ī.In glo.1.ibi,ſtipendiorum, vt ſi rōne ꝓpoſituræ ha-
beret duplicem portionem, vnitur & ɔfirmatur ꝙ dicit glo.
4 quia pluralitas † titulorum eccleſiaſticorum reprobat̄ in ea-
dem pſona.de p̄b.cum nō ignores,& c.cum iam dudum.So.
vt in gl.quæ dicit ꝙ potuit eſſe de ɔſuetudine : vt hic in prin.
glo.vel quia alius ſibi commiſerat vices. & ex hoc ꝙ dicit de
ɔſuetudine,dicit Inno.non eſſe abſurdum ꝙ quis hēat dupli
cem vocem,ſi hēt duplex bñcium,& vtriq; competit vox.de
5 ele.cum inter.el 2.†Ex hoc infertur ad q.in eccleſia florenti-
na fuit creata theſauraria,cum hoc ꝙ theſaurarius hēret vocē
in capitulo:deinde vnus canonicus eam obtinuit,retento ca-
nonicatu. conſulit Io. And. ꝙ haberet duplicem vocem,per
prędicta.quia geminatio cauſarum geminat effectum,maxi-
me in iurib.realib.ſicut debetur duplex decima.de deci.paſto
ral. ſecus dicit ſi aliquis habeat bñficium cui debebit̄ duplex
ſtipendium, ſicut alibi archip̄bri habent duplicem portionē
ad ſingulos canonicos:tunc enim non habebit duplicem vo
cem,cum ſit vnum bñficium.ſimilis qō fuit in eccleſia Tri-
dentina in præpoſito Tridentino qui erat ēt canonicus , ſed
vltra quærebatur an deberet habere duplices diſtributiones:
6 videbatur ꝙ non:quia diſtributiones † ſunt alimenta.de ele.
non reſi.de cætero.ibi,victualia,& c.vno.lib.6. in §. qui vero,
ſed alimenta non debentur niſi ſemel.ff.de vſufru.leg. dñs.§.
fi.de ali.& cib.leg.alimenta.§.baſilicę.pro hoc.C.de leg.cum
7 qō.vbi dicunt Pe.& Cy.ꝙ †ſi relinquitur priori & fratrib.cer-
tum ſtipendium in alimentis,licet prior ēt ſit frater, non de-
* betur,niſi ſemel.ɔ̄.conſuluit Bal.& ego: * & dic quod diſtri-
butiones non ſunt alimenta proprie,ſed acceſſio ad ius cano-
nicale.de præb.dilectus.el j.vel ad aliud bñficium cuius rōne
debentur d.c.1.& ꝙ vocentur victualia,eſt ex vulgari locutio
ne ibi, nuncupantur , & propter geminationem iurium de-
beatur duplex vox & duplex ſtipendium,facit, ꝙ geminatio
8 † iurium in ea perſona computatur ſicut in diuerſis. ff.de his
qui.vt indig.tutorem.de annu.leg.l. Titia.§.qui Marco.alias
eſt l.vbi caſus:teſtator.n.ibi leganit vni dari centum,poſtea le
gauit Titio ſeruo ſuo 100.& Titius habet poſtea.200.pro hoc
facit quod not.Io.mo. de homi. c.2.lib.6. & per illum.§.qui
Marco.vidi ſi. qōnes publice terminari. In glo.2.in fi.ex hoc
no.ꝙ qñq; poſſumus allegare ēt ea quæ non vrgent, ꝙ tñ nō
eſt conſultum,& potius vr̄ intelligendum hic ſm antiqua iu
ra.60.diſt.c.2.& tunc non emanauerat c.a multis. alleg. in gl.
& hodie ēt nō ſubdiaconus pōt promoueri ad diaconatum,
dummodo ſit talis qui poſſit fieri diaconus,de ele.cum in cū
ctis.§.inferiora.In gl. 3.ibi,interlocutoria ſua.No.gl.ex qua iſ
9 to tex.decidit̄ qō.iudex aliqd interloquit̄,† nō habita mētio
ne de primo,interloquitur ɔ̄rium,ꝑ hoc nō eſt reuocata pri-
ma interlocutoria:quia licet potuerit,non tñ pręſumitur po
tuiſſe,ſed non meminiſſe,quod no.ff.de re iud.ꝙ iuſſit.de ap.
cum ceſſante.ibi circumuenit Papam,& dicit Inno.ꝙ hęc eſt
violenta præſumptio,adeo ꝙ probatio in ɔ̄rium non valet,ꝙ
no.Op.ad hoc,quia in litera non dr̄ ꝙ fuerit circumuētus,ſed
credit Papa. dic ꝙ credere accipitur ꝑ ſcire. pro hoc ꝙ no.de
iureiur.ex literis.In glo.fi.de iura.cal.c.fin.per Inno.Oppono
ad idem,quod ſurreptio non debuerit vitiare factum Celeſti
ni,cum

ADDITIO.

* Et ego. Adde quod eſt conſil.19.& incip. dico quod iſte. quod totum eſt in hac materia. B.S.

10 ni, cum ꝯsenserit aduersarius. s. Magalon. eṗs. Inn. soluit, † ꝙ
actus surreptitius non valet ẽt ꝯsentiẽte aduersario, ꝙ est sin-
gulare. ꝓcedit tñ qñ actus ꝯcernit publicum interesse, vt col-
latio bñficij. secus si priuatum, dic ꝙ ẽt hic ꝯsenserũt omnes
quorum intererat: quia non cannnici, sed solus eṗs, ibi, in au-
dientia ꝯdictatum. In glo. antepe. ibi, fuit citatus. hoc non ap-
paret in litera. ibi, decepit Papam. nõ intelligas spãle in Papa,
sed dic generaliter qñcunq; ꝯstat plene de aliquo, puta ꝑp no
torietatem, põt pronunciare ꝯ absentem non ꝯtumacem, ꝙ
intellige, vt j. & dicit Host. ꝙ qñ agit ꝯ notorie occupantes
11 bona ecclesiæ valet † sñia ꝯ non citatos. ꝓ hoc ꝙ no. de pur.
vulg. c. 1. & dicit Inno. ꝙ hic ꝯstitit de surreptione ipsi Papæ,
quia erat tacitum tpe ꝯcessionis factæ a Celestino. Alij dicũt
ꝙ põt pronunciari sup notorio ꝯ non citatum: qñ procedit
non ad pœnam. de hoc de of. dele. c. 1. li. 6. ꝙ non procedit, qa
quomodocunq; agatur de ꝑiudicio alterius dẽt citari. lẽ hic
agebatur ad pœnam. magna. n. est pœna priuari bñficio forte
multis vigilijs acquisito. de renun. sup hoc. sed dic, ꝙ tũc põt
pronunciari sup notorio ꝯ non citatum: qñ de hoc ꝯstat iudi
ci, vt iudici, adeo ꝙ nulla põt subesse excusatio: tunc. n. frustra
toria est citatio, cum non dẽat quis audiri sup eo ex quo non
releuatur. de of. del. cum ꝯtingat. sic fuit: quia Papę ꝯstitit col
lationem Celestini non tenuisse ꝑp surreptionẽ: nec potuis-
set isti ab alio ꝯfirmari bñficium, cum spectaret ad collationẽ
Papæ, iuxta sñiam Celestini, & est casus singularis quem quo
tidie ad hoc allego. pro hoc ẽt de ap. ꝓposuit. in fi. & c. repre-
hensibilis. in prin. vbi de hoc in glo. 3. & vtrobiq; dico. & sic
12 intellige gl. hic in fi. sic & alias † valet sñia ꝯ officialem reipu
blicæ ad reddendum id ꝙ apparet eum ꝯuertisse in aliud, q̃
in beneficium reipublicæ, & ẽt ꝯ absentem non ꝯtumacem
sup rõnib. suis, per quam ꝯdemnatur reipublicæ. de admi. re.
ad ciu. ꝑtinen. l. 2. § ꝙ de frumentaria, & est rõ: quia in rõnib.
seu libris rationum apponuntur accepta & data: & sic omnes
defensiones. vnde frustra amplius audiretur. In gl. vl. ibi, ma-
13 ioris partis. no. glo. cum tex. quod de vno collegio † potest di
ci quod omnes consenserunt, si maior pars cõsensit. pro hoc
quod no. supra ca. non potest, & quod ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 Sententia lata contra ius litigatoris an valeat.
2 Monasterium quandoque dicitur ecclesia.
3 Donatio si non tenet, non tenet confirmatio ei innitens, vel quæ ab ea originem accepit.
4 Libellus generalis & incertus admitti non debet.
5 Singula quæ non prosunt, collecta iuuant.
6 Chrismatis confectio non pertinet ad abbatem.
7 Sententia alternatiua non valet.
8 Sententia non conformis libello non valet.
9 Summa magna si petitur, vel vna res, si pronunciatur super parte, nõ intelligitur fieri absolutio, nec condemnatio in residuo.
10 Condemnatio in decem super petitione in viginti an valeat.
11 Sententia lata contra ius constitutionis an confirmetur si pars non appellet.

Cum inter. † Valet sñia lata ꝯ ius litigatoris, si ab ea
j. decendium non fuit appellatum: nec
retractatur si per instrã postea producta docetur iniqua. Pri-
mo ponitur processus. Secundo diffinit cãm præmissam. ibi:
[q]uamuis. † No. ibi, pro ecclesia nostra, ꝙ qñq; monasterium
[dr] ecclesia, qñq; vero monasterium dr̃ totum quod ꝯtinetur
[in]tra septa. s. ecclesia cum claustro & cellis & alijs. Item ibi,
[su]per subiectione. ꝙ valet libellus gñalis sup subiectione, nõ
[...]pino colligit: quia j. specificantur spẽs subiectionis, dic tñ
[...] sine specificatione procedit, sed sm Inno. in probatione
[s]pecificari quilibet articulus subiectionis. Item no. multas
[s]ubiectionis ecclesiæ, ibi, institutione & c. Item ibi, priui-
[legia] & confirmationes. dñam in hoc. de hoc j. Item in ver.
[quam]uis. ꝙ si non tenet donatio, non tenet confirmatio, quę
[ei inn]it seu ab ea originem accipit. facit regula accessorium
[...]em, ꝙ sñia quæ transiuit in rem iudicatam, habetur ꝓ
[...] & ad hoc quotidie allegatur. Item, ꝙ sñia lata ꝯ ius ꝯ
[...]is expressę non tenet. & quod dixi s. c. 1. Item, ꝙ si plu
[...]ur, & de aliquibus tantum probatur, pronunciatur
[...]ntum, hic sup fidelitate, & obedientia fuit ꝓnuncia
[...]m, cum plura tñ fuissent petita. In glo. 2. Op. ꝙ non
[ad]mitti libellus † de quo hic tanquam generalis, &
[...] libel. obla. c. 2. & 3. So. vt dixi s. sm Inno. sufficit ꝙ
[...]tic in ꝓbatione, & obtinebit abbas solum in spe-
[...]f. or. conquærente, dic ꝙ ẽt in libello dẽt fieri spe
[a]gitur de subiectione ꝑ eum qui non fundat in-
[...] iure communi, & io abbas hic specificauit, &
[...] non inducit similitudinem. ar. de proc. qui ad
[...] pro hoc est quod no. de commo. c. 1. de speci-
ficandis casibus, sed si agit is qui fundat intentionem de iure
communi, vt eṗs, tunc sm Io. de Lig. admittitur libellus ge-
neralis. pro hoc facit, quia tunc nulla incertitudo est, cum de
iure clarum sit in quib. consistat hæc subiectio. de off. or. con
querente. Oppo. ad idem & alio modo: quia ꝑ hoc ꝙ hic spe
cificant, non infertur plena subiectio, non enim infert, abbas
institutionem hẽt in tali ecclesia: ergo sibi subest pleno iure.
idem in destitutione, & in alijs hic specificatis. soluit Inno. ꝙ
5 licet hęc singula † non sufficiant, tñ simul iuncta inferũt sub-
iectionem, ꝙ no. quia hic ponunt aliqua quæ inferunt subie
ctionem in spũalib. vt institutio & similia, quędam in tempo
ralib. vt fidelitas & similia. ar. 9. q. 3. per singulas. dicit ẽt Inno.
ꝙ habens institutionem hẽt ecclesiam pleno iure in spũalib.
& habens fidelitatem hẽt plenam in temporalib. deinde ali-
ter dicit Inno. ꝙ hęc potest sustineri qñ habet plenam institu
tionem. i. plenam institutionem, & destitutionem, secus si so
lam institutionem, vel collatiuam titu. seu authorizabilem.
6 Oppono ꝙ † confectio chrismatis non potuerit pertinere ad
abbatem. 68. distin. quamuis. Solu. mens literæ est, non ꝙ ab-
bas conficiebat chrisma, sed confectum ab episcopo, & per
se susceptum tradebat isti ecclesiæ: ideo hic dicit susceptio-
nem. Oppono. in eo ꝙ non considerantur j. concessiones de
quibus ibi, ad quod probãdum & c. saltem enim debuisset va
lere concessio Romanorum pontificum. solutio. non erat
principalis, sed accessoria, tãquam confirmatoria. ideo j. ver.
quamuis. dicitur causa quare non cõsiderantur, quia habebãt
originem a donatione episcopi, quæ non tenuit vt j. In glos.
quia donatio. Oppono. ibi, priuilegia & confirmationes: vi-
detur enim conculcatio. soluit Inno. ꝙ differunt. datur enim
priuilegium causa cognita, confirmatio non semper, quod
no. ponit Inno. & alias differentias, & potest poni. & pro. i. vt
sit sensus, priuilegia & confirmationes. i. priuilegia confirma
toria. sed litera noluit sentire differentiam inter hæc modo
prædicto: sed hoc præsupposito, ꝙ priuilegium esset conces-
sum causa cognita, debuisset stari. Solutio. non statur: quia
vr̃ obtentum surreptitie. arg. eius quod dr̃ j. quamuis. In glo.
potest, ibi, subscribere. an enditur asst hæc subscriptio ad infe-
rendum, ꝙ eṗs qui fuerat archipresbyter subscribendo videa
tur fuisse plene informatus: sed hoc non obstat, quia non po-
test etiam expresse alienare sine dispensatione 12. q. 2. sine. In
glo. qui delegatus. in fine. Oppono, ꝙ eṗs non fuerit secutus
Cardin. pronunciauit enim solum super obedientia, Cardin.
autem super fidelitate. patet autem ꝙ Papa sic cõcesserat. So-
lu. secundum Innocen. deficit litera ibi, obedientiam repro-
mitteret, & supplet Innocen. de registro, credens etiam ꝙ te-
stes vere deposuerint, qui de fidelitate coram ipso manifeste
testimonium ꝓtulerint, idem & ipse similiter diffiniuit. Op-
po. ibi, ꝙ vel archiepresbyter. ꝙ non valuerit sñia alternatiua
7 tanquam incerta. † Solu. fuit alternatiua non extrinseca: sed
surgens ex actis, & licet ferri non debeat alternatiue, tamen
lata tenet, vt hic & j. c. 2. secũdum vnum intellectum, no. de
cleri. excom. latores. In gl. pen. & litera sonat hoc inquãtum
archipresbyter vellit tenere ecclesiam, repromittat obedien
tiam. In fine glos. fi. Oppo. ꝙ non valuerit sñia Papæ, quia de
pluribus agebatur: & tantum duobus pronunciatur, & sic nõ
8 est † conformis libello. a ꝯ id de accu. qualiter, el 2. Item de
b qua re & c. de cau. posses. cum super. soluit Inn. ꝙ qñ omnia
petita clauduntur sub vno genere, pronunciando in uno, in
alijs intelligit̃ facta absolutio: & sic, cũ hic includeretur sub
subiectione, censetur de omnibus pronunciatum, secus secũ
dum Inn. si plura capitula specialiter, & singulariter petãtur:
tunc enim iudex potest hodie pronunciare super vno, cras su
per alio. arg. ff. de mino. l. ẽt j. c. cum I. & A. & pronunciando
super vno non intelligitur absolnere super alio. similiter secũ
9 dũ Inn. si petitur † magna summa, vel vna res, si ꝓnunciat̃ su-
ꝑ parte, nõ intelligit̃ fieri absolutio nec ꝯdẽnatio in residuo.
ff. si cert. peta. l. qdam, no. gl. ff. de except. rei iudi. si ex testamẽ
to. Oppo. ad hoc, nam mirabile videtur, ꝙ qñ petuntur plura
contenta sub vno genere, facta ꝯdemnatione in aliquibus, in
telligatur facta absolutio in alijs, & non sic qñ petit̃ vna sum
ma, vel res, cum tñ maior sit vicinitas partis sub toto q̃ spe-
cierum sub genere. Sol. quidam stant ꝯrio, dicentes aliter vt
no. C. si aduer. rem iudic. l. 1. & communiter dr̃, ꝙ aut vnum
est capitulum, tũc, quod debet ꝓnũciari super toto absouẽdo
vel ꝯdemnãdo: alias nõ valet sñia sup parte, facit quod no. de
conuer.

ADDITIO.

a Et sic non est conformis libello. Adde capitulo heli. de symonia. Abbas in capitulo ad nostram. de consuetud. Fallit in imperatore, secundum Archidiac. in capitulo secundo. de restitut. spoliatorum lib. 6. & per Anto. de Butrio in d. c. licet heli.

conoet.ꝯiu.placet.aut sunt plura.& tūc,aut ꝯnexa,& idem ꝙ
in vno de pręb.quia sæpe.li.6.ff.ædil.edi.l.1.§.eiusdem,aut se-
parata,& valet snīa in vno :tot enim sunt snīæ quod capl̄a .ꝑ
hoc dictum c.placet.ꝑ hoc in Sp.de sen.ꝓlati.§.qualiter.ver.
quid si peto.facit de test. Raynutius.& c.Raynaldus.& dic ꝙ
hic obedientia,& subiectio videntur comprehēdere totum
genus subiectionis, secūdum ea quæ superius dixi,& ꝙ ꝑdixi
s̄m Inno.ꝯdemnādo in istis intelligitur absoluisse in alijs,dic
hoc iō,quia cum sub vno genere ꝯtineantur,iō pronuncian
do sup his videatur alia excludere.tū̄ ꝯsiderata litera ibi,veri-
tate gestorum,apparet ꝙ in alijs absoluit:quia non habuit ꝙ
10 in illis esset ꝓbatum,ex his infertur ad q.†petebam 10.iudex
ꝯdemnauit in 20.vr̄ valere in 10.de arbi.c.1.li.6.ꝯ̄rium com-
* muniter* tenetur:quia iudex dēt pronunciare sup petitorio
non sup alio.C.qñ pro uo.non est neces.l.certa rōne.de re iu.
res iudicatæ,& ꝙ ibi no.licet.n.gl.ibi videatur tenere ꝯ̄rium,
tū̄ dēt intelligi,vt non ꝯ̄dicat glo.alteri. ff.de iuris. om.iu.l.fi.
quæ dicit,ꝙ si pronunciat sup pluri q̄ extendatur sua iurisdō,
non tenet snīa,ēt in eo in quo hēt ptātem, & ꝯcordando di-
ctas glo.dr̄ ꝙ,aut capitulum est vnum,vt quia petuntur c. ex
vna cā:& tūc si ꝓnūciat sup pluri,vel pauciori,snīa nō tenet
ff.fam.erc.l.in hoc iudicio.quia dēt sup toto ꝓnūciari,vt ibi,
& non vltra.Item,quia pronunciaret sup non petito. nam si
peto c.quæ non mutuaui,& ꝓbo de 20. est idem ac si non ꝓ-
bassem de mutuo c.aliud.n.est c.aliud.20. aut capl̄a sunt plu-
ra,vt si petunt̄ 50.ex vna cā.& 50.ex alia,& p̄t separatim ꝓnū-
ciari,& sic ꝓcedit glo.l.res iudicatę.in casu aūt ꝓximo ꝓcedit
glo.d.l.fi.ad c.1.de arb.dic,ꝙ licet is qui ꝯdemnat in 20.videat̄
ꝯdemnasse in 10 non tū̄ infertur ꝯ̄ præmissa. dēt enim ibi,in-
telligi ꝙ petitio non erat limitata : vel quia continebat plura
capitula:ne obstet l.in hoc iudicio,& dic,ꝙ licet quantitas sit
diuisibilis,tū̄ cum reducitur ad vnum ca. fit indiuisibilis, per
id quod prædixi.& per dictam l.in hoc iudicio,& quæ not.in
11 d.c.placet Oppono in eo quod dicit,ꝙ snīa lata † ꝯ̄ ius con-
stitutionis non tenet,videtur enim ꝙ confirmetur,si non ap
pelletur : quia snīa etiam nulla potest ꝑ consensum partium
confirmari.fam.erc.l.diuisionem. Sol.ex tacito consensu,pu
ta non appellando,non confirmatur vt hic , ex expresso con-
firmari potest,vt in contrarijs: quia tunc valet vi pacti.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ nihil continentis iniquum ad confirmationem sufficit quod contra ipsam aliquid non probatur.*
2 *Appellari an possit a sententia lata de consilio sapientis assumpti de consensu partium.*
3 *Iudex quando sequi non possit dicta testium , licet videantur probare pro producente.*

1 Causam. † Sufficit ad confirmationem snīæ nihil cō
tinentis iniquum, ꝙ ꝯ̄ ipsam aliquid non ꝓ
batur.Primo ponit ꝓcessuum delegatorum snīam,& appella
tionem. Secundo appellantis motiuum suum & ꝯfirmatio-
nem snīę,ibi:licet.No.ibi,de communi partium assensu.ꝙ si
cā est commissa iudici de communi partium assensu citatus
p̄sumitur ꝓ ipsa,& non ęque faciliter audit̄ ꝯ̄dicens.pōt tū̄ ap
2 pellari ab eo,vt hic,& hoc infert̄ ad q̄onem,si snīa lata † est de
ꝯsilio sapientus assumpti de ꝯsensu partium:an ab ea possit ap
pellari.ff.de ap.ex ꝯsensu.in prin.& ibi no.& l.1.§.quæsitum,
de re iud.si ꝯuenerit.facit ꝙ no.2.q.6.biduum.in gl.vl.de off.
dele.sup q̄onum.§.verum. in glo.pe. In gl.1.ibi,ꝓbatum fuis-
set,vult dicere,ꝙ hic non ꝓbauit.ibi,præter formam. de hoc
dic,vt de off.dele.prudētiam.1.rū̄.& intellige pręter formam
ꝑ modum tū̄ ꝯiunctum formæ. secus ꝑ modum separatum,
dēt.n.sequi ordinem.de rescr.cām.& ēt menti.de rescr.super
literis.in fi.In glo.vlt.appellare.no.hoc ꝑ id ꝙ dixi in notabi-
3 lib.In fi.c.glo.dicit Inno. ꝙ licet testes † producti pro clerico
viderentur ꝓ eo debere probare:tū̄ forte iudex cognouit sub-
ornationem,& alios defectus iō non fuit secutus dicta eorū.
ff.de test.l.3.§.tu ipse,& forte s̄m Inn.ꝯtinebatur in rescripto,
ꝙ si per testes probaret se electum a maio.parte ca.ꝓ eo iudi-
caretur,ꝙ ipse probauit ꝑ duos viles & subornatos , & iudex
pronunciauit,hoc facit,quia forma adiecta super his quę cō-
cernunt probationem,non concernit ius publicum , sed ius
litigatoris.no.Inno.de offi.deleg. prudentiam. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in rem iudicatam si infra ditendium non fuerit appellatum.*
2 *Tempus appellandi currit a die lata sententæ.*
3 *Tempus assignatum a lege potest arctari & prorogari.*
4 *Actus suspenditur in euentum conditionis.*
5 *Sententia super purgatione est diffinitiua.*
6 *Consuetudo quantum tempus det condemnato ad soluendum.*
7 *Appellatione ab executore modum excedente debet exprimi causa rationabilis.*

1 Quod ad cōsultationem. † Snīa transit in rem iudi-
catam si ꝟ.decēdium nō fuerit appellatum. hoc primo.Qua-
drimestre,quod datur condemnato in actione personali , ex
causa potest arctari & prorogari. Habet duo dicta.secundum
2 sed nec.†No.ibi,a cuius ꝓbanone, ꝙ tempus appellādi currit
a die latæ snīę,& est continuum,tū̄ legitime impedito currit
solum a die scientiæ.no.de proc.c.2.facit.2.q. 6.anteriorum.
Item,ꝙ qui non appellat per impetrationem iuris, censetur
ꝯsensisse snīæ,& sic non vr̄ vere ꝯsensisse.pro hoc s̄.c.cum in
3 ter.ad fi.†Item,ꝙ tempus assignatum a lege pōt arctari & ꝓ-
a rogari.quod dic,vt ꝟ.ti.1.cum sit.Item,ꝙ ab executione a non
appellatur,nisi modus excedatur.de hoc cum glo.In fin.glo.
primæ,ex hac glo.colligitur,ꝙ hic erat duplex causa,vna sup
crimine.alia super pecunia.alio modo exemplificat Inno.&
non est vis,ponendo aūt casum, vt ponit glo. litera est plana:
sed inter exempla quę ponit Inno.inter cętera dicit,ꝙ agebat̄
de crimine ciuiliter, puta furti , iudex ꝯdemnauit ad soluen-
dum duplum tanquam pro furto non manifesto, nisi se pur-
garet intra 20.dies.& tunc colligit̄ hic,ꝙ ēt si snīa sit lata sub
ꝯditione,dēt appellari intra 10.dies a die latæ snīæ.Op.ad hoc
ꝟ.ti.1.prętererea.Solu.ibi ꝓpāle in snīa censuræ,& dic vt ibi,alias
4 nr̄ procedit quod dixi.Oppo.ad idem,ꝙ actus † suspenditur
in euentum conditionis.d.c.præterea.Solu.in ꝯ̄ctibus hoc ꝓ-
cedit,ꝙ conditio suspendit. secus in iudicio,& dic ꝙ snīa lata
sub ꝯditione statim hēt aliquem effectum purum: quia finit
iudicium,sed est diffinitiua,quod dico de iure iu.c.fi.In glo.2.
in fi.Item quod dicit hic de cā non expressa,procedit intelli-
gendo ꝙ snīa super purgatione fuerit interlocutoria.& ponē
do,vt dicit Inno.ꝙ hic fuerit duplex snīa : vna ꝙ se purgaret
intra 20.dies,& hęc fuit interlocutoria.alia diffinitiua : vt q̄a
5 priuabatur ecclesia,vbi se purgaret. Oppo.ad hoc,† quia snīa
super purgatione est diffinitiua.de purg.ca.quoties.Inno.stat
ꝯ̄rio.dic considerandum modum per quem fertur,aut enim
principaliter:& est diffinitiua:aut incidenter, & est interlocu
toria,& expectat post se diffinitiuam, vt si se purgat pronun-
cietur boni testimonij.d.c.quotiens.In fi.glo.3.sed ibi,de ter-
mino dato ad deliberandum: quia tunc ꝓcedit cum recipiēs
non consentit in iudicem recipiendo terminum.In glo.5.in
6 fi.de hoc s̄.remisi no.ꝟ.tit.1.cum sit. Oppono ꝙ † non detur
quadrimestre condemnato ad soluēdum,sed tantum decem
dies.sic enim hēt consuetudo.insti.de ver.obl §.onus.& ff.de
iudi.si debitori.Solu.qñq; proceditur ordinarie dato libello,
& lite conte.& lata sententia, & locum habet quadrimestre.
ff.de re iudi.l.2.nisi iudex ex causa breuiet:vt hic,quandoque
proceditur sine lite:vt quia reus statim confitetur, & fit ei p̄-
ceptum de soluendo : & tunc procedit, quod dixi de decem
diebus.ratio diuersitatis:quia primo casu fertur snīa,& sic lo
cum habet quadrimestre,quod est tp̄s quod datur iudicatis.i.
iudicialiter.secundo casu non fertur snīa , sed fit præceptum
de soluendo,quod non est snīa:vt no.de elect.dudum.el 2.In
glo.sed pone.hoc tū̄ casu quo dixi dari decem dies: hoc intel
lige nisi iudex aliter arbitretur,quod potest , cum non repe-
riatur sibi prohibitum.argumen.de officio delega. de causis.
ff.de iure deliberan.l.ꝓxima.In gloss.fin.ibi,plus aggrauando.
mens glo.est,quod potest executor modum excedere: & ta-
men actus non erit nullus : vt finge , quod mandatum non
erat specificum & limitatum: tunc etiam si fiat præter man-
datum,excedendo modum,non dicitur fieri. eo autem casu
7 † quo appellatur ab executore,quia modum excedit , debet
exprimi causa rationabilis. ff.de appellatio.ab executore , vbi
de hoc,not.Specula.de execut.senten.§.sed nunc dicendum.
versiculo. sed nunquid in totum , & de appellatio. §.in qui-
bus.versiculo quinto.vbi per Ioann. Andr.& ratio quare de-
bet exprimi causa ponitur in dicta l.ab executore,quia si non
apponitur præsumitur appellatio calumniosa: & sic non te-
net.dic etiam aliam rationem : quia sententia executoris est
interlocutoria. notat Ioan.Andr. in dicto versiculo quinto,
& est singulare,& hoc est,quia in vna causa essent plures dif-
finitiuæ,constat autem quod in appellatione ab interlocuto-
tia

ADDITIO.

a Ab executione. Adde capitulū pastoralis.de officio delegati.gloss. in §. sed si non cognouo.vigesimaquinta quæstione secunda. Innocent. in capitulo fin. de noui oper. nunci. Archidiac. in capitulo. apud . vndecima quæstione tertia. Rota decisione 339.in nouis.Bartolus in l.a diuo Pio. in §.primo.ff. de re iudicata.

tã dẽt inferi causa,& hęc signa,& quod dixi,ꝙ in vna cã non
possunt plures esse diffinitiuæ:procedit nisi vna veniat ad con
firmationem alterius:sicut fertur vna diffinitiua in principa-
li,& alia in appellatione confirmando primam.

S V M M A R I V M.

1 Sententia tenet causa in ea non expressa.
2 Restitutio sapit factum.
3 Iudex quando teneatur exprimere causam in sententia.
4 Solemnitas an præsumatur.
5 Consultor assumptus ad consulendum quæ sint partes iudicis, an tenea tur exprimere causam.

1 Sicut. † Tenet snĩa cã in ea non expressa. Communis di-
uisio ibi,cum aũt.No.ibi,restõnem, & ibi, nõ da-
2 turum,ꝙ restituere & dare qñq; accipiũtur pro eodem: † sed
ꝓprie restõ sapit factum: vt quia restituatur possessio,de resti.
spol ꝑ totum, dare aũt sapit ius,vt ꝙ transferat dñium.ꝓ hoc
est ꝙ dico de fi.inst.cum Ioannes.Item,snĩaliter absolutus,ꝙ
non omnis absolutio dr̃ snĩa.fit.n.absolutio in foro pniali.Itẽ
ibi,moris, quod attenditur consuetudo iudiciorum. facit de
pign.act. vel vniuersorum. de consti.ex literis.Item,ꝙ præsu-
mitur pro iudice.de hoc cum glo.In gl.2.ibi, sui testimonij:
sed hic non dr̃ ꝙ reddiderint cãm sui testimonij, sed ꝙ non
dixerint de causa q̃ mouissent iudicem ad sic ꝓnunciandum
& sic cessat ɔ̃nium sequens glo.In fi.e.glo Op.ꝙ per testes nõ
potuerit ꝓbari de snĩa,cum dẽat ferri in scriptis.e.ti.c.fi. in 6.
Sol.potuerunt testes deponere ꝙ fuerat la:a in scriptis.In gl.
3.ibi,ar.ꝙ sic.dic plenius q̃ gl.ꝙ aut quæritur,an iudex teneat̃
3 in snĩa exprimere † cãm ɔcernentem ordinationẽ seu rectitu
dinem iudicij.i.ꝙ rite fuerit ꝓcessum:& nõ teneť exprimere:
ɔsuetudo iñ hẽt ꝙ exprimitur:quia dr̃ viso libello & li.ɔte.
&c. aut quæritur de cã cõcernẽte merita seu rectitudinem.i.
vt inferatur snĩam esse iustam,& distingue,vt in gl.inter cãm
principalem & ap.& quod dicit glo. in appellatione cãm ex-
primẽdam,quare reuocatur snĩa,ꝓcedit qñ ex actis nouis. sic
loquitur c.cum Ioannes,& hoc pp honorem iudicis a quo.
secus si ex actis antiquis:tũc enim cessat præmissa rõ. secus si
ɔfirmat primam snĩam:quia adhuc cessat p̃missa rõ.aut quę-
ritur de cã extrinseca:vt quia iudex absoluit pp ineptitudinẽ
petitionis.de iudi.examinata:vel qa reus nõ possidet.de exce.
cpe.vel quid simile,& talis exprimitur.de hoc in Spe.de sen.
prolat.§.qualiter.ver. verum,si rõnes. In fi.e.glo.cum quærit̃
4 † an præsumatur solennitas, & dic, aut in iudicialibus. aut in
extraiudicialibus.primo casu non præsumitur pro iudice,nisi
quatenus constat per acta.de hoc in gl.se.de proba.quoniam
ɔ secundo casu,aut quæritur de solẽnitate extrinseca, aut in-
trinseca.primo casu p̃sumit̃.ff.de ver.obl.sciendum, & dr̃ in-
trinseca qa surgit ex significato verborum.C.de ɔ̃h.& cõmit.
stip.l.1. & pe.vt si dicit notarius,publicaui,ex vi istius verbi p̃-
sumitur ꝙ fuit rogatus,cum talia non debeant fieri ꝑ non ro
gatum.extrinseca dr̃ illa quæ non surgit ex significato verbo
rum:vt si notarius se subscribendo in instrõ dicit,scripsi: tũc
præsumitur non rogatus:quia põt scribi instrm̃ priuatum ẽt
ꝑ non rogatum,& de hac solennitate extrinseca in seq.mem
oro.secundo casu,aut dr̃ in instrumento solennitatem inter-
enisse.aut hoc non dr̃.primo casu statur instrumento quod
nteruenerit,si potuit interuenire tpe ɔfecti instrumenti. C.
iure hastæ fisc. l.1.lib.10.vbi glo.secus si tũe non potuit in-
uenire,ꝑ dictam gl.ꝓ hoc facit ꝙ no.Inno.de prob.qm̃ ɔ̃.
indo casu qñ non dr̃ in instrõ solennitatem extrinsecam
nteruenisse,dicenti ꝙ interuenit incumbit ꝓbatio, vt in
glo. In fi.glo.fi. quæro in eo quod iudex non tenetur ex-
ere cãm in snĩa:quid de consultore assumpto † ad consu
n quæ sint partes iudicis:dic idem:& hoc respectu tales
dare consilia sine allegationibus: secus in cõsilijs quæ
parti per Archi.68.dist.c.1.quamuis autem iudex non
r exprimere causam in sententia: debet tamen pro-
e ex animo,& non fato.i.casu.ff.de arb.quale.§.1. ibi,
e.& non est alibi secundum Ray.

A D D I T I O.

neur exprimere. Adde Host in c.ex parte de concess. præben. ræsentia.de renuncia.Bart.in l.aut prætor.in §.ignominię.ff.de im.

S V M M A R I V M.

irmatur quo ad Reum minus legitime appellantem.
t diffinitiua non expedit causam exprimere.
ontra vnum alij scienti, & tacenti quomodo præiu-

Ϡer. † Confirmatur snĩa quo ad reum mi-
nus legitime appellantem, vel qui nõ
ionabile ɔ ipsum:defertur tñ executio si ter
tius docet de suo interesse. Primo ponitur factum decisum
Secundo quo ad reum principalem confirmatio snĩæ,ibi,cũ.
ex parte. Tertio quo ad secundum appellantem remissio,ibi,
mandamus.In gl.2.ibi,iuste appellasse, quia rr̃ ꝙ non debuit
ad hoc teneri,ex quo,vt dicitur in litera, sibi non præiudicat
2 snĩa inter alios lata. Item,in appellatione a diffinitiua † non
expedit causam exprimere s̃.eo.ꝙ ad consultationem. in gl.
2.Solu.iste poterat non appellare si voluisset.nec per hoc sibi
præiudicat snĩa lata ɔ̃ monasterium,sed potuit etiam appella
re ex causa rõnabili,& sic debuit causam exprimere: & cum
dr̃,ꝙ in appellatione a diffinitiua non expedit causam expri-
mi:procedit secundum Inno.qñ appellat is qui succubuit.se
cus si tertius.vt hic:quod est singulare.& dic hoc ideo eueni-
re,quia tertius appellat pro suo interesse: ideo debet inserere
sequi possessionem ab aurieñ. in possessorio, & si dicatur, ꝙ
immo ibi executio pręiudicabit in possessorio: quia data pos-
sessione ipsi aurieñ. sciente oneteñ. ipse oneteñ. perderet pos-
sessionem, dic contra. intelligitur enim fieri executio solum
quatenus est de iure. & sic solum in pręiudicium monasterij
& monasterium deduxit in iudicium ius oneteñ. dicēs se sub
esse oneteñ. sententia contra monasterium pręiudicaret one
teñ. scienti, etiam in proprietate, esset enim imputādum one
ten. ad quem principaliter ptinebat actio vel defensio, quod
permisit monasterio super hoc experiri, pro hoc dic ꝙ repro
batur opi. Rogerij & Io. in d. l. sępe. ver. nam & si libertus, qui
dic uni, ꝙ sententia lata contra libertum pręiudicat domino
scienti, etiam non interuenienti, etiam in petitorio: quia hęc
intelligo quando libertus deduxit ius domini, dicens se liber
tum eius, secus si deduceret solum ius suum, dicens se non li
7 bertum agētis. Quæro eo casu quo sententia † pręiudicat ter-
tio, an mandabitur executioni contra ipsum, sic vt si esset cō
tra ipsum lata. Innocen. de concessione prębendę, proposuit,
quod sic. & no.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinarius quilibet citra principem habet superiorem.*
2 *Appellatio quid sit.*
3 *Appellatio quotuplex sit.*

Duobus. Si duo ordinarij pronunciant contraria,
tenet sententia pro reo. fallit in quatuor
casibus, si delegati discordant, dependet a delegante, si arbitri
neutra tenet. hēt tria dicta. Scdm ibi, si vero. Tertium ibi, qd
si. Prima in dictum, & exceptionem, ibi, nisi pro ipso. factore
In glo. vl. ibi, non est superior. hoc communiter redarguitur,
1 quia quilibet † ordinarius, citra principem, habet superiorē:
ideo redditur alia ratio: quia ordinaria iurisdictio fauorabilis,
tanquam naturalis, delegata odiosa, tāquam accidentalis, dic,
ꝙ gl. est vera: quia in ordinaria iurisdictione non est superior
nisi l. mortua. i. quia iurisdictio ordinarij dependet ab aliquo,
sicut dependet iurisdictio delegati a delegante, sed causatur a
l. & sic ordinarius eam habet iure proprio, delegatus iure de-
legantis, de rescriptis, super literis, ad fin. ff. de iurisd. om. iudi.
l. more. In fin. e. glo. contra de off. deleg. ab arbitris. lib. 6. & idē
in arbitris quod in delegatis. So. hic de arbitris voluntarijs ꝓ-
cedit ratio huius glo. quia non est superior ad quem recurra-
tur. nec habent iurisdictionem alias, quid si ordinarius & de-
legatus tulerunt sententias contrarias: dic idem quod in duo
bus delegatis. arg. de offi. delega. & c. si contra vnum, lib. 6. vel
melius neutra valet, & sufficit ꝙ non est iure expressum qđ
altera valeat, vel quid agendum, similes q. plures formari pos
2 sunt quę eodem modo soluuntur. † Quęro quid est appella-
tio. dico ꝙ est ius inductum ad releuandum grauamen, per
quod suspenditur vel extinguitur actus a quo interponi-
tur ius, ponitur loco generis, reliquua ponuntur loco differē
tiarum. Ex his enim infertur, quod appellatio non est actio.
nec exceptio, nec officij imploratio: sed quoddam ius ab illis
3 separatū. † Quęro quotuplex est appellatio. dic ꝙ duplex. Iu
dicialis, & extraiudicialis. Iudicialis duplex, quandoque enim
a diffinitiua: quandoque ab interlocutoria seu grauamine in-
terponitur J. c. vt debitus, & J. e. c. 1. & c. Romana, lib. 6. de ex-
tra iudiciali, J. c. bonę, de maio. & obe. dilecta. de elect. cum no
bis, cum similibus.

De apppellationibus. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio beneficij contra legitimam appellationem facta non tenet.*
2 *Consuetudo Angliæ, quod statur duobus iurantibus se credere aliquid sic esse talem esse famam patriæ, non valet.*
3 *Institutio alia authorizabilis, alia collatoria.*

1 Dllecti. † Collatio beneficij post, & con-
tra appellationem legitimam fa-
cta non tenet. Primo ponit quęrelam. Secun
do dat iudices. ibi, super quibus, & J. decidi-
tur, ꝙ aliquas ecclesias pertinentes ad locum
ordinarij, & has collationes seu ordinationes
J. man:

J.mandat reuocari. In glo.2.ibi,deponi.si ageretur criminali
ter,secus si ciuiliter:quia tunc aliter punitur J.ca.de priore. In
glo.hoc solum,in fi.ex hoc videtur ꝙ litera ibi,personas & fa
mam,non procedat,dicit Host.ꝙ loquitur secundum cõsue-
tudinem Angliç,secundum quam statut duobus iurantibus
se credere aliquid sic esse,talem esse famam patriæ, quæ pro-
2 batio alias non sufficeret,hoc non videtur procedere: † quia
non valet consuetudo talis.ar.de consue.c.3 de probat. c.2.&
c.ad nostram,die ergo,ꝙ mandat probari per tres testes, & fa
mam.f.si testes non plene probant,pro hoc quod dicitur in
gloss.sequen.In gloss.fama,ibi,vno teste. Nota gloss.fin.quia
quotidie allegatur, ꝙ fama facit semiplenam probationem,
de hoc dixi de test.veniens,el 1.In glo.pe.in fi.Oppo.ꝙ value-
rit collatio eboracen. cum esset legatus: vt in litera, pro hoc
de offi.deleg.c.1.& 2.lib 6.Solu.ibi de legato de latere, hic de
alio,qui non confert beneficia:vt no.in d.c.1. & in c.fi.e.ti.In
3 fin.gloss.vlt.Oppo.† quod canonici non potuerunt ordinare
ecclesias,de offi.ordin. cum satis, vbi pertinet ad episcopum.
So.ibi de institutione authorizabili,secus de institutio ne col
latoria,quæ potest de iure speciali ad non episcopum pertine
re,de elect.cum ecclesia.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio generalis non limitata ad certam causam non valet.*
2 *Appellatio generalis præmissa causa speciali quando valeat.*

1 Inter cætera. † Appellatio generalis quoad cau
sas,idest non limitata ad certã cau
sam, non valet. Primo refert formam qua fuit appellatum.
Secundo improbat.ibi,ipsum.In glo.ibi,So.ibi,& melius dic
ꝙ generalis appellatio non restricta ad aliquam causam non
valet:talis fuit hic.ibi,super omni causa.non potest enim esse
iusta,saltem respectu causarum futurarum, cum in illis non
dum sit grauatus, & dato quod iudex grauet in vna causa, &
appelletur,non ex hoc desinit esse iudex in alijs; J. ca.cum te-
neamur,sed respectu alicuius certæ causæ seu litis bene valet
2 appellatio generalis † premissa causa speciali: vt quia si dici-
tur,quia me grauastis in tali interlocutoria, sic & sic: ideo ap
pello a vobis a dicto grauamine,& ab omni processu facto &
fiendo in hac causa,& ita seruatur,ibi,sacerdos,dic vt not. 26.
dist.quamquam.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio quare fuit inuenta.*
2 *Regula Beati Benedicti inter monachos habetur pro iure.*
3 *Regula prædicatorum an sit strictior quam regula Beati Benedicti.*
4 *Res principaliter deputata ad vnum vsum trahitur secundario ad alium.*
5 *Appellatio an detur à correctione.*

Ad nostram. Si appellatur a correctione debite
facienda,non obstante appellatio
ne iudex corrigit, vel quia loquitur de religiosis. summa re-
strictius,si religiosus appellat a correctione futura,nõ ex hoc
desistit abbas corrigere. Primo premittit causam mandati.
1 Secundo scribit mandatum,ibi,mandamus.† Not. quod ap-
a pellatio est inuenta a in remedium oppressorum, non ad fo-
2 uendam iniquitatem,de hoc in glo.† Item ibi,in prædicta re
b gula,quod regula Benedicti b inter religiosos habetur pro iu
re.de hac enim videtur loqui. Item ibi, institutionem ordi-
nis,quod regula monachorum qualificatur per constitutio-
nes ordinis,& ex hoc potest contingere quod regula quæ est
laxior,sicut regula Aug.est minus stricta quam regula Bene-
dicti: & tamen potest contingere, quod erit strictior prupter
3 constitutiones Benedicti. † Vnde regula predicatorum quę
est Sancti Augustin. est strictior quam regula Benedicti,pro
hoc de regula,licet,& ca. sane. vbi de hoc.& in hoc multi er-
rant transeuntes de ordine prædicatorum ad ordinem mo-
nachorum Sancti Benedicti: etiam quandoque ad loca vbi
nulla vel modica est obseruantia, dicentes se transire ad regu
lam strictiorem.In fi.glos.primę,de relig.do.cle.quia contin-
4 git, vbi de hoc,quandoque tamen res † deputata principali-
ter ad vnum vsum trahitur secundario ad alium, vt carcer de
putatus ad custodiam,quandoque ad pœnam:de pœnis,quã-
uis.lib.6. In gloss.secunda,ibi,extra formam iudicij,dic,cum
5 quæritur an † appelletur a correctione, aut quæritur de reli-
giosis: aut de alijs, primo casu, aut superior corrigit,seu vult
corrigere secundum regulam vel institutionem ordinis, &
non valet appellatio:vt hic, aut per arbitrium suum, & tunc
debet appellationi deferre, si apparet interposita ex causa ra-
tionabili. arg. infra eodem capitu. vt debitus,sic potest loqui
infra eodem,de priore,potest enim esse quod excedit modũ,
& hoc discutiet superior ad quem, si de non religiosis, aut
sunt non notorij criminosi,& audiuntur,aut notorij,& non
audiuntur infra c.cum sit,in fi.

ADDITIONES.

a Appellatio est inuenta. Adde Bal in addi.Spe.in isto ti.Bal.in c. pastoralis.in §.præterea.de offic.delega. Baldus in l.properandum,in §.si autem reus.C. de iudi.
b Regula Benedicti. Adde Domini.in c.oratorium 62.dist.

S V M M A R I V M.

1 *Talia restringi possunt a parte & iudice.*
2 *Appellationem non prosequens habetur pro non appellante.*
3 *Appellationem deseruisse quando quis non dicatur.*
4 *Dictio,ex tunc,denotat tempus consummatum.*

Personas. Si appellans intra terminum per iudicẽ
a quo vel,per se statutum, non prosequi
tur, deserta est appellatio. habet duo dicta. Secundum ibi,si
1 autem,pars de testi.personas. Not.quod fatalia,† idest termi-
ni ad prosequendam idest,finiendam appellationem, de qui-
bus J.c.ex ratione,possunt restringi a parte & iudice: quia po
test statui terminus ad iter arripiendum vel præsentãdum iu-
dici ad quem,de hoc in glos.& tunc terminus restrictus suc-
2 cedit quo ad quid loco termini,legalis d.c.ex ratione.† Item
in fi. quod non prosequens appellationem habetur pro non
appellante: & cogitur stare sententiæ ac si non appellasset J.
c.directe.In glo.2.ibi Ʒ.c.proxim.quandoque etiam statuitur
terminus ad docẽdum de præsentatione: vt quia iudex a quo
dat mensem appellanti ad se præsentandum iudici ad quem,
& alium mensem adfaciendam fidem de pręsentatione,quo
casu,si se præsentat,licet de hoc nõ faciat fidem iudici a quo,
3 non dicitur deseruisse appellationem,† sicut diceretur deser
uisse si se non præsentasset,pro hoc facit quod no.Fed.consi.
* 127.* & Lap.co.ti.cle.1.dico qõ. 23.& J.c ex insinuatione,&
& est ratio,quia iudex a quo non habet potestatem super ap-
pellantem per quam possit extinguere appellationem, nisi
in casibus expressis a iure, vt cum statuit terminum ad iter ar
ripiendum,vel se præsentandum,vt hic,& in ca. si quem,vn-
de non potest statuere terminum ad redeundum ab appella-
tione d.c.ex insinuatione,& in eo,quod dixi,quod si non pa-
retur termino statuto ad iter arripiendum vel se præsentan-
dum,deserta est appellatio.de hoc per Innocẽ. J.c.ex ratione,
vbi dicit,quod terminus breuiatus succedit loco termini le-
galis quo ad effectum desertionis ꝯtra non parentem termi-
a no.quod no.In glo.fi.no.de dictione ex a tunc,† quæ denotat
4 tempus consumatum . id est, non præsens, & ibi procedere
potest,dicit Hostiẽ.quod etiam ante elapsum terminum po-
test procedere, si apparet tantum de termino esse quod appel
lans potest in residuo se præsentare,quod non procedit per
cap.reprehensibilis infra eodem melius,in cap.commissa.de
elect.libro sexto.

ADDITIONES.

* 127.Adde,quod in consi. Fed.hic cit.nihil de hoc.Sed est ipsius Fed. qõ.28. quæ ino.punctus quæstionis.nu.2.B.S.
a De dictione ex. Adde Bar.in l. 1.in §.ex incendio.ff.de incen.rui.nau.fr Bar. in l.non dubium.C. de leg.oldra consi. 49.incip.consueuit dubitari.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans habet annum ad prosequendum,& ex causa biennium.*
2 *Terminus datus a iure potest breuiari.*
3 *Appellationem deserens a causa cecidisse videtur.*
4 *Officialis pendente iudicio conueniri non potest.*
5 *Tempus quale non possit à iudice breuiari.*
6 *Appellatio extraiudicialis non dicitur proprie appellatio.*
7 *Notorium quomodo dicatur quantum ad effectum vt non audiatur appellans.*
8 *Criminosus notorius an appellet.*

1 Cum sit. † Appellans habet annum ad prosequendũ
& ex causa bienniũ,vbi iudex possit restrin-
gere,& non parens termino deserit appellationem ,adeo qđ
si a sententia erat appellatum , transit in rem iudi. si ante,re-
mittitur appellans ad iudicem a quo.hoc primo criminosus
appellat nisi sit notorius pro hoc.Primo ponit terminum ap
pellationis prosequendæ. Secundo pœnam non prosequen-
tis.ibi infra quod Tertio determinat quando criminosus ap-
pellat.ibi,præterea.Secunda.subdiuiditur. Primo dicit de ap-
pellante

pellante a ſententia qui non proſequitur. Secũdo declarat ap
pellari poſſe ante ſententiam:ibi,ſi vero. Tertio dicit quid de
appellante ante ſententiam & nõ proſequente,ibi,ſi autem.
No.de termino iuris ad proſequẽdam appellationem, quod
2 datur annus, vel ex cauſa biennium. † Item quod terminus
datus a iure poteſt breuiari,de hoc cum glo.Item ibi,tenebit
ſententia,quod non parẽs termino iuris ſtatuto ad proſequẽ
dum appellationem,vel termino hominis ſtatuto ad iter ar-
ripiendum,vel ad ſe præſentandum,intelligitur deſerere ap-
pellationem,nam de vtroque termino ſ̃.dixit, ideo ibi J̃. qd
3 dic.ſ.tempus a iure vel ab homine ſtatutũ &cæt.vt ſ̃. Item ꝙ
deſerens appellationem a ſententia videtur cecidiſſe a cauſa.
& verbum,videtur,eſt expreſſiuum veritatis,qui mat.ac.poſ.
videtur.Item in ver.ſi vero,no.quod ſecundum canones po-
teſt appellari ante ſententiam,ſecus ſecundum leges,J̃.ca.ſu-
per eo. Item ibi, prouocationes, quod appellatio extra iudi-
cium dicitur prouocatio ad cauſam ideſt citatio. no.ex hoc,
quod qui non poteſt in iudicio conueniri,non poteſt per ap-
pellationem extraiudicialem ad iudicium trahi. & ſic cum
4 officialis † pendente iudicio conueniri non poſſit. ff.de iudi.
pars literarum, non poteſt contra ipſum extra iudicium ap-
pellari, ſic etiam non poteſt ſibi nouum opus nunciari. ff. de
no.ope.nunc.de pupil.§.ſi quis ipſi. ſecundum primam lect.
5 glo.quod ſigna.In glo.3.ibi,de dila.prçterea.die, quod † quã
doq; ſtatuitur tempus a iure ſine hominis miniſterio,& hoc
non poteſt per iudicem breuiari,ſic procedit quod dicit glo.
ibi,quçdam tamen &c. exemplum in decendio ad appellan-
dum,quod procedit ſecundum Io.Cald.niſi a iure permitta-
tur,nam annus ſtatuitur a l.appellanti,tamen poteſt breuiari
ex permiſſione iuris: vt hic,quod intellige non poteſt bre-
uietur quo ad hoc quod poſſit ſtatui terminus minor anno
ad finiendam appellationem:ſed poteſt ſtatui ad iter arripiẽ-
dum,vel ſe præſentandum,ceſſante autem permiſſione iuris
iudex non põt immutare terminum l.ar. regulæ indultũ,&
ibi de hoc. libr.6.quandoque ſtatuitur terminus a l.non ſine
miniſterio iudicis, vt quadrimeſtre quod datur iudicatis, ſ̃.
tt.1.quod ad conſultationem, & talis poteſt a iudice limitari
vt ibi,& dicitur ſtatui cum miniſterio iudicis, quando l.non
ſtatuit,ſed iubet per iudicem ſtatui.In gloſſ.proprio.ibi,videt̃
a iudice,vel ſecundum Innocen.& melius,appellatio † extra
6 iudicialis non dicitur proprie appellatio ſicut iudicialis:quia
per iudicialem a iudice receditur,per extraiudicialem nõ,im
mo acceditur ad incipiendam cauſam,pro hoc facit,quia ver
bum,appello,ſonat idem quod a te recedo & ad alium vado.
Item ſecundum Inno.non proſequens appellationem extra-
iudicialem iterum auditur appellans ab eodem actu, vt hic,
amplius ſunt & aliæ differentiæ de quibus J̃.c.bonæ,& de ef-
fectu appellationis extraiudicialis ibi,& c.non ſolum,lib.6.ex
hoc & ex litera no.quod verba rubricæ debent intelligi late,
nam quod dicitur, in rubro de appellationibus comprehen-
dit etiam appellationem extraiudicialem,q̃ proprie & ſtricte
non dicitur appellatio. In glo. ſed non videtur.ibi alternatiue
ideſt,vt proſequatur,aut redeat ad iudicem a quo,& procedit
hoc ſi in litera eſt,ad quem. In gloſ.1.notorius,& quomodo
dicatur notorius † quantum ad effectum vt non audiatur ap
7 pellans, dic vt dixi ſupra titulo primo, cum olim, quod de,
bet eſſe talis notorietas quod nulla ſubſit excuſatio, de hoc
etiam dico infra capitulo propoſuit, & infra capitulo cum
ſpeciali §. porro primo. In gloſſa finali.ibi, ad pœniten-
tiam,ſenſit glo.quod non eſt neceſſe quod ſpecialiter citetur
ad ſententiam,quod non procedit:vt in ca. ſacro. ibi,volebat
ſe corrigere,intellige quod de hoc conſtabat, pro hoc J̃.c.p-
poſuit. ibi,illa vice.quaſi dicat quod alia vice fuerat admoni
tus,ſed hoc non videtur procedere:quia ſi non proceditur in
termino,vel ſaltem poſt.terminus intelligit̃ ſublatus,de offi.
deleg.conſuluit,vbi dico,ibi,per Appollinem. Not.ex hoc,ꝙ
quis poteſt citari per nuncium, & hæc ſolutio eſt vera in ſe,
ſed non conuenit literæ. ibi, irrequiſitum, vnde intellige,
quod erat tale notorium, quod non erat opus citatione,
vt dixi ſupra gloſſa proxima. Oppono,extra gloſſam, quia ex-
tra territorium ius dicenti &cçtera, de conſtitutio. capitulo
ſecundo, libro ſexto. Solutio.licet iſte eſſet abſens, pote-
rat eſſe in territorio, id eſt, intra prouinciam Paulo com-
miſſam. Item Apoſtoli non habuerunt prouincias diſtin-
ctas, ſed præſuppoſito quod fuiſſet extra territorium, poteſt
tamen a iudice domicilii, intra territorium exiſtente ex-
communicari, quod dixi de foro competenti capitulo fi-
8 nali. † Quæro, in eo, quod hic dicit, quod notorius cri-
minoſus non appellat, quid requiritur, vt cenſeatur talis,
videtur quod ſit conuictus, & confeſſus, ſecus ſi tantum
conuictus, vel tantum confeſſus. C. quo.appellatio. non re-
cipium l.ſecunda,dic melius, vt dico infra eodem capit. cum
ſpeciali §.porro.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans in vna cauſa coram iudice à quo, poteſt in alia conueniri, niſi cum recuſet ob ſuſpitionem.*
2 *Iudex ſecundum canones non recuſatur niſi ex cauſa.*
3 *Suſpitionis cauſa proponendæ ſunt.*
4 *Appellatio à grauamine quomodo iuſtificetur.*

1 Ad hæc ſi. † Coram iudice a quo in vna cauſa ap
pellant,poſſum in alia conueniri, niſi
cum recuſem ob ſuſpitionem. Primo ponitur thema & quç
ſtio. Secundo ſolu.ibi,cum. In gloſſ.ibi,ſecundum leges,vult
dicere, aliud ſecundum canones, ſecundum quos facilius re-
cuſatur J̃.ca. cum ſpeciali,vbi de hoc,hæc differentia non ca-
dit huic literç. Item etiam ſecundum canones non recuſatur
2 † iudex niſi ex cauſa d.c.cum ſpeciali,nec ſecundum leges,p-
hibetur recuſatio indiſtincte: immo recuſari poteſt, ſaltem
de legatus.de ordinario dubitatur. C.de iud.cum ſpecialis,di-
cetur in d.c.cum ſpeciali,dantur extra gl.aliæ ſo.quibus omiſ
ſis vera ſo.eſt quod appellans a iudice, ſiue ordinario ſiue de-
legato,ſi citatur ſuper alia cauſa vt quia delegatus erat ad plu
res cauſas,poteſt recuſare iudicem vt ſuſpectum, non tamen
intelligas poſſe recuſare ex eo quod dicat ſe appellaſſe, nõ.n.
per hçc infertur quod iudex ſit ſuſpectus:ſed bene poteſt eſſe
quod ſit ex cauſa ſuſpectus: vt quia grauauit ex propoſito, ſe-
3 cus ſi non ex propoſito,oportebit ergo † quod iſte proponat
cauſas ſuſpitionis: vt quia dicet,habeo vos ſuſpectos,vt quia
me grauaſtis ex propoſito: ideo veriſimiliter timeo quod in
hac cauſa me grauetis,& hoc probato iudicem poteſt recuſa
re,& hoc caſu grauamen hoc probabitur etiam coram iudi-
ce a quo ad effectum vt recuſetur. Item coram iudice ad quẽ,
ad effectum iuſtificandç appellationis,& hoc vltimo caſu nõ
expedit quod probetur quod iudex ex animo, ſufficit enim,
quod grauauit,& ſecũdum hoc intellige hic, & ff. apud eum
a quo appellatur,l. vna, pro hoc facit quod no.Guil. ff.qui ſa-
tiſda.cog.arbiter,vbi conſideratur quod recuſatio & appella-
4 tio iuſtificantur ex varijs cauſis, nam appellatio † a grauami-
ne iuſtificatur propter grauamen,etiam ſi iudex ex animo nõ
grauet,nec ſufficit ſuſpicio vt poſſit appellari: recuſatio vero
iuſtificatur ex ſuſpitione,etiam ceſſante grauamine. Item ex
grauamine,ſi grauauit ex animo,ſecundum prædicta. Ex his
not.quod appellatio ſuſpendit iuriſdictionẽ iudicis a quo ſo-
lum in illa cauſa a qua eſt appellatum. Nota.etiam quod ap-
pellans videtur habere ſuſpectum iudicem a quo pro hoc fa
cit quod no.glo.dict.l. ſi quis præpoſtera. Nam appellans vi-
detur iniuriari iudici a quo.de hoc ibi,& intellige ſecundum
prædicta.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa licet pendeat coram vno iudice, tamen tenet proceſſus alterius iudicis etiam inferioris ſuper eadem cauſa, ſi ignorat de hac pendentia.*
2 *Papa quam iuriſdictionem habeat in laycos.*
3 *Canones inter laicos in temporali iuriſdictione eccleſia obſeruantur.*
4 *Pars vtraque poteſt ab eadem ſententia appellare.*
5 *Sententia non iudicis quando non teneat.*
6 *Sententia lata per falſas allegationes non tenet.*
7 *Proceſſus inferioris non tenet, ſi ſit de appellatione ad Papam.*

Si duobus. Superior ad quẽ tuus aduerſarius ap-
pellat,ſi ignorat te ſuper ea cauſa ad ſe.
ap.appellaſſe,teneris comparere coram eo,& comparere no-
lentem poterit excommunicare,hoc primo,a ciuili iudice q
non eſt de temporali iuriſdictione eccleſiç non appellatur ad
Papam h.d.§.denique,habet duo dicta pręmiſſa. Nota.quod
1 licet † cauſa pendeat coram vno iudice, tamen tenet proceſ-
ſus alterius iudicis etiam inferioris ſup eadem cauſa, ſi igno-
rat de hac pendentia,ſic allegaui in facto. Nota.ex hoc,quod
oportet op, onere de illa pendentia. Item,quod cauſa pendẽ-
te coram vno iudice, non tenet proceſſus iudicis inferioris
ſcientis de pendentia, vt eſt hic tex.ſingu.ibi,in fin. Item in §.
2 denique,quod Papa † nõ habet iuriſdictionem in laicos quo
ad exercitium,de iu.nouit,niſi laici ſint de temporali iuriſdi-
3 ne eccleſiæ,quo caſu ſecus,vt hic. † No.ex hoc,quod inter la-
icos de temporali iuriſdictione eccleſiæ obſeruantur canone
pro hoc litera ibi, ante iudicium, nam ſecundum leges non
appellatur ante ſententiam:ſecundum canones ſic. J̃.c.ſuper
eo.2.Item ex hoc.no.ar.quod ſicut non poſſunt clerici facere
conſtitutiones contra canones:ita nec laici qui ſunt de tem-
porali iuriſdictione eccleſiæ,cum etiam ipſi iudicent ſecũ
dum canones,vt hic,quod eſt ſingulare. In gloſſ.2.ibi,alter ad
Papam,& ſic ab eadem ſententia poteſt vtraque pars appella

re.† quod

4 re † quod intellige quando sententia continet plura capitu-
la de test. Raynutins, & c. Raynaldus, potest etiam hoc proce
dere si erat vnicum capitulum, vt quia petebã 50. iudex con-
demnauit in 40. vnde possum ego appellare, & etiam tu. an
autem valeat sententia, dixi s. titu. 1. cum inter. Oppo. ad illud
exemplum, quando sententia continet pluracapitula, tunc. n.
licite appellatur ad diuersas, cum censeantur diuersæ senten-
tie per dicta iura. Sol. quædam connexa, vel, etiam si separata,
adhuc procedit hic, præsupponendo quod alter appellauit ad
Papam simpliciter ad sententiam, alter ad archiepiscopum,
& sic tota causa deuoluta est ad Papam. In gloss. 3. ibi, post ap-
pellationem, sed illud procedit quando fertur per iudicem a
quo, hic autem non per iudicem a quo, sed ad quem, sic c. per
tuas J. alleg. nihil facit ad propositum. Oppo ad idem, quia ta
lis sententia reperitur non lata a iudice, cum causa delata sit
ad Papam: ergo non tenet, de iud. at si clerici. So. immo est la-
ta a iudice, ex quo inferior ignorat de appellatione ad Papam,
sic & † alias tenet sententia non iudicis: quia in dubio habet
5 iurisdictionem, & cognoscit an sua sit iurisdictio, & imputat
non venienti ad excipiendum, & hoc quando notorie non ꝯ
stat de exceptione, secus si notorie constat. de hoc de accu. ve
niens. In glo. de rescrip. cum ordinem, & per Arch. 15. q. 4. pla
cita, pro hoc est quod dicitur in gloss. seq. in fi. glo. ergo dic vt
super glo. præce. & facit regula, eum qui certus, lib. 6. Oppon.
extra gloss. quod etiam si inferior ignoret de appellatione ad
Papam, non teneat eius sentẽtia, quia reperitur lata per falsas
6 † allegationes, & ex dolo aduersarij, qui cum sciret de appel-
latione ad Papam hoc tacuit. ff. de iud. si ꝑtor. §. Marcellus. So
lu. contrarium videtur difficile, & non tangitur per scribẽtes,
dic quod non fertur per falsas allegationes: immo per veras.
ob contumaciam, vt in litera, quamuis enim tu scias legiti-
mam exceptionem competere aduersario, non teneris oppo
nere, vnde si producis instrumentum debiti contra quod cõ-
petebat exceptio pacti de non petendo, licet hoc scias: tamen
si taces, & fertur pro te sententia, non dicit lata per falsas alle-
gationes: immo per veras, & imputetur aduersario qui nõ ex
cepit de pacto. Oppo. ad hoc de hac litera, quæ vult, † quod si
7 inferior scit de appellatione ad Papam, processus non tenet,
ergo eodem modo non debet tenere quando is pro quo scri-
bitur, non scit. Solu. aliud in scientia iudicis qui tenetur sup-
plere pro absente, de postulat. bonæ 1. aliud in scientia partis,
quæ non tenetur ad hoc, pro primo facit quod not. in d. c. ve-
niens, de accu. In glo. fi. & in regula, scienti, in q. lib. 6. & hæc si
gna. & trade perpetuo menti.

SVMMARIV

1 *Fatalia currunt a die interposita appellationis.*
2 *Verbum, nolumus, inducit ius nouum.*
3 *Fatalia quandoque non currunt ipso iure.*
4 *Appellans debet prosequi summa ope.*
5 *Tempora prosequenda appellationis quare dicantur fatalia.*
6 *Fatalia quot sint.*
7 *Fatalia an hodie sint sublata.*
8 *Impedimenta qua sufficienter excusent non prosequentem que sunt.*
9 *Fatale secundum vt concedatur, quantum impedimentum sufficiat in primo.*
10 *Terminus restrictus succedit loco temporis legalis, & eodem iure cũ illo censeri debet.*
11 *Ius iam quasitum non tollitur ex negligentia sequenti.*
12 *Fatale secundum non competit, nisi in primo prastitit omnem diligentiam.*
13 *Appellante negligente an possit appellatus vltimo mense primi fatalis petere sententiam confirmari.*
14 *Executio sententia an peti possit lapsis fatalibus, & non citato appellante.*
15 *Restitutio ad tempus impedimenti per quem iudicem fiat.*

Ex ratione. Famosa, & vtilis, & h. d. etiam post
biennium auditur appellans q prius
appellationem prosequi non potuit, vel ad idem sic, non pro
sequenti appellationem non preiudat lapsus biennij qui fuit
impeditus. Primo ponitur quæstio. Secundo decisionis limi
1 tatio, ibi, dummõ. Tertio decisio, ibi, nolumus. † Nota. ibi,
biennio elapso interpositam, quod fatalia currunt a die inter
positæ appellationis, quod clarius determinatur in clemẽ. si-
cut J. eodem titu. Item ibi, prosequenti, quod prosequi respe
ctu appellationis importat idem quod finiri, pro hoc dicta
clem. sicut. Item ibi, per impotentiam, quod impedito non
currunt fatalia, & non distinguit litera qualis fuit impoten-
tia, sed debet distingui vt dicit glo. Item illud generale, si per
me non stat. vt in glo. & de eo qui mit. in poss. c. 2. & in regula
2 imputari. lib. 6. Item ibi, nolumus, † de hoc verbo a quod in-
a ducit ius nouum, de offi. vica. in clem. vna. In gloss. prima. ibi;
illæsus ipso iure, idem dicitur J. e. gloss. in fin. contrarium di-
citur in glossa. ibi, dicunt. scilicet. quod isti audiuntur benefi-
cio restitutionis, & hæc verior per literam, ibi, nolumus, qđ
inducit nouum ius, vt prędixi, pro hoc quia appellans habet a
iure annum, & si impeditur, habet alium, & sic biennium, &
vlterius non datur tempus a iure, sed rata manet sententia, si
causa non est expedita. C. de temp. ap. l. fi. & auth. ei qui. quod
autem econuerso hic audiuntur post biennium, potest intel-
ligi per restitutionem, ne corrigantur illa iura. quandoque ta
3 men fatalia † non currunt ipso iure: vt quando quis impedi-
tur ex facto principis J. e. ex insinuatione. C. de tempo. ap. au-
then. sed & his. Item in alio casu, quando itur ad arbitros, vt in
glo. C. de tempo. ap. auth. si tamen e. in cle. quamdiu. Tertius
casus est quando de consensu partium impeditur appellatio:
vt d. clemẽ. Quæro circa hoc, in eo quod dixi de impedito ex
facto principis coram quo pendebat appellatio: quid de im-
pedito ex facto inferioris iudicis, multę i hoc sunt varietates.
gloss. enim. ff. ex qui. cau. maior. sed & si. in prin. dicit idem in
alio iudice. contra no. in d. auth. item si. communiter tenetur
4 prima, & licet dicatur. C. de tempo. ap. l. fi. quod appellans † de
bet prosequi summa ope, dic quod dicitur prosequi summa
ope eo ipso quod instat apud iudicem, non enim tenetur pe-
regrinari ad aliũ iudicem, forte cum multis periculis & sum-
ptibus. Item in glo. in d. auth. item si. quamquam dicat tem-
pora currere, tamen dicit in effectu quod non currunt: quia
cõceditur restitutio. sed dic melius quod ipso iure, per aliam
5 glo. d. l. sed & si. Quæro † quare tempora appellationis prose-
quendæ dicuntur Fatalia, dic quia terminant seu extinguunt
appellationem, sicut fatum id est mors extinguit di. l. fina. de
6 temp. app. Quæro quot sint hæ fatalia, † dic duo. s. annus, vel,
ex causa, biennium. C. de tempo. ap. auth. ei qui. Ex hoc dicũ-
tur tempora finiendæ appellationis, reperiuntur etiam tem-
pora exercendæ appellationis, de quibus. C. de tempo. ap. l. 2.
7 & de his an hodie sint sublata, sunt varietates, glo. enim. C. de
tempo. ap. nouo, dicit quod non, in contrarium in Auctẽ. de
his qui ingredi. ad app. §. si vero neuter. ver. omnibus. In hoc
sunt magnę varietates, quas hic plene prosequor. conclude,
quod sunt tantum duo fatalia. s. annus: vel ex causa, bienniũ:
quod optime probatur secundum canones s. c. cum sit. & ca.
ad nostram. vbi dicitur quod terminus ad prosequendam ap
pellationem potest breuiari per iudicem, qui potest statuere
terminum breuiorem ad iter arripiendum, vel se præsentan-
dum, dictis iuribus, qui duo termini viderentur superfluo sta
tui, si locus esset fatalibus de quibus in dict. l. a. de tempo. app.
8 † Quarto, quia hic dicitur de impedito, quæ sint impedimen
ta quę sufficienter excusent non prosequentem, dicit Innoc.
quod sunt ea quę surgunt ab aduersario, vel ab ipsomet appel
lante: vt ꝓpter infirmitatem, vel inopiam, vel tempestatem,
hęc habentur in auth. de his qui ingre. ad ap. §. 1. 2. & 3. & ad
illud de inopia est, quod no. de offic. delegati. significantibus,
& quo ad illud de infirmitate, dicit Spe. eo. ti. §. non breuiter.
ver. quid ergo si, quod de infirmitate probabitur per iuramẽ-
tum appellantis, quod intelligit ibi Ioan. An. in eo qui est val
de remotus a domicilio respectu loci in quo prosequi debet,
alias oportet quod plene probet. & generaliter qualiter pro-
betur de impedimento, dic vt no. de dolo & contumacia. ca-
pitulo primo. libro sexto, vbi Archi. & Ioann. And. dicunt ar
bitrarium quę impedimenta valeant. quod no. Quęro, † quã
9 tum impedimentum in primo fatali sufficit, vt concedatur
secundum. Innocen. dicit quod ex quo appellans cepit prose-
qui si impeditur in vna die tãtum, ipso iure habet secundum
annum, dicta auth. ei qui. & in corpore vnde sumitur, sed vl-
tra secundum fatale non conceditur tempus, nisi beneficio
restitutionis: vt prędixi, & in hoc refert: quia quando succur-
ritur per restitutionem, solum fit restitutio ad tẽmpus impe
dimenti. ff. ex qui. causis ma. ab hostibus §. fiu. de res. in integ.
clem. vna. ibi no. sed quando succurritur ipso iure: tunc impe-
dito in primo anno etiam vna die tantum conceditur totus
secundus annus. Quęro eo casu quo iudex restringit fatalia,
dando terminum ad iter arripiendum vel se præsentandum,
an impeditus seruetur illæsus ipso iure. Innocen. quod sic. qa
10 † terminus restrictus succedit loco temporis legalis, & sic eo
dem iure cum illo censeri debet. ff. si quis cau. si cum §. iniu-
riarum. vt lit. pen. ecclesia 1. quod no. Alij tamen aliter dicũt,
quod prosequitur Innocen. & ego hic plenius. Quæro, in eo
quod dixi,

ADDITIO.

a Nolumus, de hoc verbo. Adde glo. in verbo, volumus in cle. vnica. de rerum permu. glo. in verbo volumus, in cle. 1. de cens. gl. in verbo respondemus, in c. vlt. de ver. sig. lib. 6. ab. in c. sedes. de rescrip.

quod dixi, quod impedito in ſecundo anno ſuccurritur per reſtitutionem, quanti temporis debet eſſe impedimentum, dic quod non refert, nam ſi etiam vna die tantum, conceditũ reſtitutio ad illam diem, poſſet enim eſſe quod non reſtabat niſi ſola ſententia, quæ poterit promulgari in illa die. Quęro circa hoc, intra quantum tempus petetur reſtitutio. dic quod terminabitur intra quadriennium, licet petatur ad minus tẽpus, dicta clem. vna. de reſt. in integrum. videtur tamen ꝙ cauſa reſtitutionis debeat inchoari intra tempus tantum quantum fuit tempus impedimenti, ita inueni in quibuſdam ſcriptis Io. Cal. in ſcholis dixiſſe, & ſic cõſultum fuiſſe per doctores Bon. quod plenius dico in d. clemẽ. vna. & pro hoc eſt qđ dico in ſeq. q. Quęro, fuit appellatum kalen. Iulij, in fine ſeptẽbris procurator appellantis impetrauit iudicem ſuper appellatione abſente appellato, in fine octobris procurator appellati obtinuit illud reſcriptum reprobari, & ob hoc cum procuratore appellantis cõuenit de iudicibus in fine nouembris: deinde appellans & procurator eius nil fecerunt, elapſus eſt annus, & aliqui dies ſecundi, deinde appellans voluit impetrare nouum reſcriptum, & fuit repulſus oppoſito de præcedenti reſcripto de communi conſenſu impetrato, vult appellans vigore illius de communi conſenſu impetrati appellationẽ proſequi. de hoc fuit interrogatus Ioan. And. in Roma. curia. hæc refert in Spe. & proſequitur Old. conſi. 158. Io. An. reſpõdit quod nauigabat alto mari & turbido, & quod audiuerat compoſitores cle. qui alia dubia difficiliora in hoc dubio terminatum, hęc aggreſſos non poſſe terminare, quod non eſſent ingrati alteri parti omiſſæ, reſpondit autem ipſe Io. And. quod niſi vicinitas loci obſtaret appellanti, non poterat ei imputari negligentia, cum fuerit diligens in prima impetratione: ſed ex facto aduerſarij tempus diligentiæ erat factum inutile. pro hoc quod ſ. dixi, quod impedito etiam in vna die tãtum in primo conceditur ſecundus ipſo iure, in contrarium: quia appellans fuit negligens in ſeptem vltimis menſibus, ergo tempus negligentiæ abſorbet tempus diligentiæ: pro hoc autem facit: quia ſtatim cum fuit impeditus petijt ſecũdum

11 annum: & ſic † ius iam quæſitum non tollitur ex negligẽtia ſequenti. ff. de ſucceſ. edi. l. 1. §. ſed videndum, de reſt. in integ. c. 2. lib. 6. de elect. ſi elect. de appel. concertationi 2. reſpon. eo. lib. & hoc videtur tenere Io. And. & ad id quod dicitur, quod tempus negligentiæ corrodit tempus diligentiæ, reſpõdetur illud procedere quando ſuccurritur impedito per reſtitutionem, ſecus ſi ipſo iure: quia tunc negligentia ſequens non tollit iam quęſitum, ſed contra, quod immo ſi vna ſola vice in primo anno fuit negligens non conpetat ſecundus, quia non

12 † competit niſi cum in primo præſtitit omnem diligẽtiam. Authent. de ijs qui ingrediuntur ad appel. hęc nos, vbi requiritur quod litem exequatur, & non relinquat eam ſuper prouiſione, ad idem. C. de tempo. appel. l. fin. §. illud, niſi vt detur ſecundus annus requiritur quod euidentiſſimis probationibus poſſit appellans oſtendere, quod ſumma ope litem exercuit. Item Inno. hic dicit, quod imputatur appellanti ſi modicum reſtat de anno, & in reſiduo fuit impeditus, ſi in illo modico cauſam non proſequitur, etiam ſi in illo non poſſit cauſa terminari. Alij dicunt non imputari negligentiam ſi in illo modico non potuiſſet mereri ſententiam, no. Iac. de bel. in Auth. de ijs qui ingre. ad appel. in prin. gula in mora modici temporis &c. ff. de iud. ſi debitori. de offi. deleg. conſuluit. primum verius per d. §. hoc nos, & per prædicta dic etiam in qõ. præmiſſa, quod non poteſt dici appellans impeditus ex facto aduerſarij propter reprobationem reſcripti: nam oppoſitio eſt pars iudicij, ſaltem pręparatoria. Item, præſuppoſito quod hoc cenſeatur impedimentum, adhuc videtur quod non cõpetat iſti ſecundus annus, & cum dicitur impedito etiam vna die tantum ipſo iure competit ſecundus annus, hoc verum, ita tamen quod non ſit negligens in reſiduo, per ſuperius dicta, & hæc in fi. conſuluerunt Ioan. An. Iacob. But. & alij plures vt in allegat. Iap. 394. Ex quibus concluditur iſti non com

13 petere ſecundum annum. Quæro, † an negligente appellante poſſit appellatus vltimo menſe primi fatalis petere ſententiam confirmari, videtur quod non, ſed debeat expectare finẽ anni. infra cap. oblatæ. C. de tempo. appellatio. auth. ei qui. Opponitur ad hoc. C. quomodo & quando iudex, authentica, qui ſemel, vbi permittitur reo proſequi litem ſtatim cum actor non proſequitur. Solutio. illud in cauſa principali, aliud in cauſa appellationis: quod tenent quidam, vt refert Innocent. hoc tamen non bene probatur iure, dic, quod iura quæ dicunt appellantem non præueniendum, procedunt quando appellatus vult proſequi non citato appellante, vel etiam eo citato: quia non poteſt ei imponere neceſſitatem proſequendi, niſi inſtet finis fatalium: ſed ſi appellans incipit proſequi, ceſſat hæc ratio. ideo ſi deſiſtit, id eſt ſi non proſequitur, ſtatim poteſt appellatus proſequi, per dict. authẽt. qui ſemel, ita demum auditur, ſi non pręcurrat. dict. cap. oblatæ, & quan

14 do dicatur ꝑcurrere, dic vt ibi. Quæro an lapſis † fatalib. poſſit peti executio ſententiæ non citato appellante. Innocent. qđ ſic, & ex hoc allegatur hic eũ tenere, quod in executione ſnīę non eſt neceſſe aduerſariũ citari, de hoc diſtinguit Bart. ff. de re iudi. a diuo. Rayne. C. quo. appel. nõ reci. l. ab executione in additi. Cyni. dicit citationẽ ſemꝑ neceſſariã in executione, per l. præſenti. cum aũt, ibi, citationem & cętera. C. de his qui ad eccle. confug. ibi quando lapſa ſunt fatalia: quia tunc procedit dictum Innocen. dic indiſtincte citationem neceſſariam etiam lapſis fatalibus, dummodo poſſit aliqua defenſio conpetere. argumen. de præben. licet, ſecundo. libro ſexto, ſecus ſi non poteſt competere: vt ſi iudici conſtat ex negligentia appellantis appellationem intra annum non finitam, & tunc procedit dictum Innocent. pro hoc eſt quod dixi ſupra

15 titulo primo, cum olim, Quæro eo † caſu quo fit reſtitutio ad tempus impedimenti, quis reſtituet. dic quod iudex ad quem, cum ad eum ſit cauſa deuoluta, quod tenet Ia. de Are. C. eo. preſes. & in hac reſtitutione non eſt neceſſaria li. conteſtatio. vt in deciſio. Rotæ 49. multa alia poſſunt quęri, ſed intelliguntur facile per prædicta.

S V M M A R I V M.

1 *Itineris arreptio quando habeat vel non, vim appellationis, & numero 2.*

1 Meminimus. † Si reus poſt citationem vel notitiam literarum vadit ad curiam, de legatus ꝓcedit, nec talis itineratio habet vim appellationis: ſecus ſi prius. tunc enim habet vim appellationis, ſaltẽ quo ad hoc quod contra ipſum non proceditur. h. d. cum c. ſuggeſtum. Ponitur deciſa conſultatio, & reſponſio. ibi cæterum. No. ibi, iter arripuit. de itineris arreptione. de hac quid operetur infra c. vt debitus. no. Bar. ff. de noui oper. nuncia. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in ſecunda lectura. In gloſ. ſecunda: ibi, non habent locum. poſſunt tamen etiam hodie ſaluari, intelligendo, vt loquantur quando quis arripuit iter in perſona propria: quia tunc ſi ante citationem, & ante notitiam literarum aduerſarij, eſt excuſabilis qui non dimiſit procuratorẽ, quando ſciret de lite futura, & ſic non proceditur contra abſentem tãquam legitime impeditum. de eo qui mittitur in poſſeſ. cap. fina. ſed tunc illud non euenit vt itineris arreptio habeat vim adpellationis: ſed quia iſte eſt legitime impeditus, ſic autem intelligendo non videretur hoc cap. & ꝭ. cap. ſuggeſtum. conuenire iſti tit. ſed dic quod conueniunt: quia

2 licet hæc itineris arreptio † non habeat ſimpliciter vim appellationis: habet tamen quo ad hoc ꝙ contra iſtum abſentem non proceditur, & ad ca. vt debitus. vbi videtur quod itineratio ante ſcientiam literarum aduerſarij habeat vim appellationis. dic intelligendo modo prædicto, quod habet vim appellationis. non quo ad hoc quod ſuſpendatur iuriſdictio iudicis: ſed ſolum quo ad hoc quod interim non proceditur ꝯ abſentem, nõ per hoc tollitur quominus citari poſſit & procedi contra eum ſi fuerit cõtumax: nec poterit opponi ꝙ nõ teneatur comparere, cum cenſeatur appellaſſe itinerando d. cap. vt debitus. vbi plenius dicitur de hac itineratione.

S V M M A R I V M.

1 *Appellationi ex falſa cauſa interpoſitię non defertur.*
2 *Exceptio qualibet rationabilis impedit proceſſum.*
3 *Dictio, de, quandoque ponitur pro, per.*

Super eo. Superſedetur, exceptioni, ſuper qua eſt appellatum, & etiam ſuper principali cauſa, maxime ſi ſine illa exceptione cauſa non poteſt expediri, hoc dicit vſque ibi, ſi autem, ibi non ſummatur propter breuitatem & varietatem intellectuum, tamen ſecundum intellectum qui non patitur ſcrupulum hoc dicit. Non defer-

1 tur appellationi † ex falſa cauſa interpoſitæ. habet duo dicta. ſecundum ibi, ſi autem. In gloſſa ergo. ibi, contrario ſenſu. ꝓpterea in ſummario ſuppleui maxime, & poteſt exemplificari de exceptione non impediente proceſſum: vt ſi opponebas contra duos teſtes, & ſex erant producti, ita quod reiectis duobus adhuc remanet ſufficiens verius, talis exceptio non impedit proceſſum, ſecundum Innocentium, dic quod quæ-

2 libet exceptio † rationabilis impedit proceſſum, de iudicijs, exhibita, & cum litera dicit de exceptione ſine quo non poterat cauſa terminari, clarius diceret de exceptione rationabili & admittenda. In gloſſa finali, ibi, probare nolebat, hoc eſt diuinare. ibi, poſt litis conteſtationem, hoc non videtur procedere: quia litera non diſtinguit an ſit conteſtata vel non, dic ergo, vt ſummaui, quod ſenſus literę eſt, quod ſi pars de falſi ſuggeſtione, id eſt per falſi ſuggeſtionem, id eſt ſi ex falſa cau-

ſa appel-

sa appellat, non est sententia differenda, nam appellatio non tenet cum debeat interponi ex causa rationabili, inf. eodem.
3 Vt debitus. Ex hoc oota, de dictione † de a, quod quandoque
a ponitur propter.

A D D I T I O.

a De dictione, de Adde gl. in c. 2. 35. dist. Arc. in c. ecclesias 13. q. 1. Rapha. cum consi. 54. inci. Leonardus Marzarius.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari potest etiam pro minoribus seu leuibus causis.*
2 *Restitutio non conceditur pro leui lesione.*

1 De appellationibus. Etiam † pro minoribus seu leuibus causis appellari potest. In fine glossæ, contra de restitutione in in
2 tegrum, capitulo primo, vbi nnu conceditur restitutio † pro leui lesione. Solutio. illud in remedijs extraordinarijs, vt restitutio, secus in ordinarijs, vt est appellatio. tunc enim de modico curatur, vt hic, de hoc s. in proœmio, in fine, & ff. de in integ. resti. l. scio.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio secundum canones ante sententiam an valeat.*
2 *Appellans temere non punitur secundum canones, secus secundum leges.*
3 *Appellatio ante sententiam secundum leges in quibus casibus permittatur.*
4 *Grauatus quandocunque in persona potest appellare etiam secundum leges.*
5 *Appellatio & recusatio an æquiparentur.*

1 Super eo. 2. † Secundum canones etiam appellatur ante sententiam, secundum leges non, nisi in casibus, hoc primo, appellatio & recusatio æquiparantur, quia in vtroque requiritur causa rationabilis. Secundo, tempus assignatum iudici currit a die resignationis rescripti. habet tria dicta, vt in summarijs. Secundum in causis. Tertium si autem. In glo. 2. in fine. Quæro quæ est melior dispositio an ciuilis quæ non permittit appellari ante sententiam, nisi in casibus: an canonica quæ indistincte permittit, dic quod vtraque bona, & dicit glo. ff. a quibus appellare non licet, lege prima, in fine. quod ideo ponitur hæc diuersitas: quia mitius agitur secundum canones, secundum quos nõ punitur teme
2 re appellans, † sed secundum legem. sic. C. quorum appellationes non recipiuntur, ab executione §. final. Item est & alia ratio: qa secundum leges instãtia perijt triẽnio. C. de iudicijs, lege properandum, ideo ad breuiandas lites, & ne pereat instantia, non permittitur appellatio ante sententiam. Sed secundum canones instantia non petijt. de iudicij venerabilis, & sic cessat hęc ratio. Item lex habuit respectum, quod grauamen poterat reparari in appellatione a diffinitiua, canon vere voluit incontinenti prouidere contra grauamen, quod vi
3 detur ęquius. † Quęro in quibus casibus secundum leges permittitur appellatio ante sententiam, dic quandocunque non potest sufficienter prouideri per appellationem a diffinitiua. C. eodem. si quis prouocatione. quorum appellationes nõ recipiuntur, lege prima. Ex hoc infertur, quod ab interlocutoria quæ nõ expectat diffinitiuam post se, potest appellari etiã secundum leges, & si iudex pronunciat se non iudicem, de officio delegati, significantibus. Nota glossam. C. ne filius pro
4 patre. authentica. habita. Infertur etiam † quandocũque quis grauatur in persona potest appellare etiam secundum leges, dicta lege secunda, C. quorum appellationes non recipi. quia grauamen non potest reparari, pro hoc de hæreti. primo. ver. duro. in gloss. in verbo. ipso iure. In gloss. sicut. Oppono. quod
5 appellatio † & recusatio non æquiparentur, nam quando cõsensi in iudicem, non amplius recuso supra titulo primo, inter. & tamen appello. supra titulo primo, causam. Item recusatio causatur a suspicione, appellatio ante sententiam a grauamine supra capitulo, ad hæc. glossa forte metu contrarij dicit in quo æquiparantur, scilicet, vt in ea, quæ est clara. In glossa vltima, ibi, frequens, de restitutione spoliatorum, libro sexto, ibi, versi. qui præsens, sta contrario, quia regulariter tempus currit de momento ad momentum, nisi aliud in iure exprimatur, sic loquitur c. pia. & c. frequens, eo. ti. cle. sicut appellationem, vbi de hoc in glo. magna, in princi. pro hoc literæ sunt, & sic incontinenti post pręsentationem, pro hoc sup. c. personas, in glo. vlt.

S V M M A R I V M.

1 *Notorius criminosus non auditur appellans.*
2 *Notorius quando dicatur excessus, ita quod non audiatur appellans.*

1 Peruenit. † Notarius criminosus non auditur appellans. Primo ponitur querela. Secũdo prouisio. ibi. fraternitati, vbi distinguit secundum membrũ:
2 ibi. si vero. In fi. gl. 2. quandoque dicatur excessus † notorius, ita quod non audiatur appellans, dico infra. cap. cum speciali, §. porro.

Consuluit. Idem dicit capitulo præcedenti.

Suggestum. Summa vt supra capitulo meminimus, & declara, vt ibi, communis diuisio: ibi tuæ.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatur pendente cognitione appellationis absoluitur, ad cautelam.*
2 *Innouata post appellationem, vt reuocentur, oportet quod sint contra appellationem.*
3 *Absolui petens ad cautelam non fatetur excommunicationem tenere.*

1 Ad præsentiam. † Excommunicatus pendẽte cognitione appella. absoluitur ad cautelam, & si postea apparet eum legitime appellasse, non punitur pro eo quod interim celebrauit. Primo ponitur commissio. Secundo delegati processus. Tertio diffinitio: ibi, ideoque. Not, ibi, contra appellationem, quod ad hoc
2 † vt reuocentur innouata post appellatioem oportet, quod sint contra appellationem, si enim essent ab ea appellatione separata, secus. J. c. seq. in gl. 1. solet. & hanc absolutionem ad cautelam potest facere is qui excommunicauit di. ca. solet. in glo. 1. videtur etiam quod hoc possit non tantum ordinarius, sed etiam delegatus, vt hic. Arch. tamen ibi dicit hoc non procedere nisi habeat speciale mandatum, & de hoc ibi. In glos. 1. in fi. eius glo. Oppo. eo ipso quod iste fuit adsolutus, videtur fateri excommunicationem tenuisse: & tamen contrarium
3 innuitur, dic quod petens † absolui ad cautelam, non fatetur excommunicationem tenere, vt hic, sed si simpliciter petit se absolui, vt hic, secus videtur, quod tamen procedit quãdo petit coram excommunicatore: tunc enim videtur renunciare appellationi interpositæ, nisi protestetur quod salua sibi sit appellatio. no. Inn. J. c. quæstioni.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans si turbatur in sua possessione, iudex potest eam reformare.*
2 *Comparens coram iudice à quo an intelligatur renuntiare appellationi.*
3 *Iudex procedens pendente appellatione quo casu non dicatur innouari.*

1 Cum teneamur. Si † appellãs in sua possessione turbatur, iudex potest eã reformare. In gl. 2. ibi. in delegato secus. immo idem, alias haberet iurisdictionem: quia datus erat super omnibus causis q̃ possent verti inter istos. licet hæc forma reprobetur, de rescri. ab hæc, sed quomodocunque ponatur quod habeat iurisdictionem, procedit hic fi. eius glo. ex hoc videtur non procede
2 re quod hic dicitur, quod iste comparendo † coram iudice a quo intelligatur renunciare. Sol. propter hoc dantur varię solu. & varij intellectus ponuntur hic, sed litera est plana, & dic quod c. gratum, & cap. cum venisset, alias in gloss. loquuntur quando comparet coram iudice a quo super causa in qua appellauit, hic autem quando super articulo emergenti qui potest expediri cognito de appellatio. pro hoc litera, ibi prætermisso,
3 & sic habes vnum casum, in quo iudex † procedit pendente appellatio. nec dicitur innouare, & 16. tales casus ponit Specula. de appellatio. §. penultim. in princip. & dic generaliter, quod omnia quæ possunt fieri penden. negocio principali fieri possunt & pendente appellatio. vt est cautio, quæ pręstatur pro legatis. ff. vt legat. nom. caue. postquã §. imperator. vbi de hoc. quod nota.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio generalis non limitata ad causam vel personam à qua non valet.*
2 *Appellatio extraiudicialis generalis tenet.*

Consuluit.

1 **Conſuluit.** Summa vt ſ.c.inter cætera,vel ſic,gene
ralis † appellatio nō limitata ad cauſam
vel perſonam a qua,non valet:ſed limitata ſic. In fin.gl.& ſic
ſecundum gloſſ.hodie non procedit iſtud c.ſed poteſt intelli
gi procedere ſecundum ea q̃ dixi ſ.e.c.2.vt intelligatur hic in
ſecundo membro de eo qui appellauit in vna cauſa, & intel-
lige ſeruata forma iuris,vt quia expreſſit a qua cauſa appella-
bat:ſed adiecit quod etiam appellabat generaliter,vt quia di-
xit,quia me grauaſtis dando talem dilationem a vobis appel
lo ab omni proceſſu facto & faciendo,hęc tamen generalitas
non multum operatur,nam etiam ſine ipſa tenet appellatio.
idem dic in conſimili exceptione,cum dicit, quia me graua-
ſtis reijcendo talem exceptionem in cauſa & multis alijs: iō
appello.illa enim clauſula nihil operatur,quia non poteſt iu-
ſtificare appellationem niſi ex cauſa ſpecialiter expreſſa. e.tit.
c.le.appellanti.Inno.vero dicit, ꝙ illud quod hic dicit † appel
lationem generalem tenere,procedit in appellatione extraiu
diciali J.c.bonæ,vt ſi dicit,appello nequis me moleſtet ſuper
tali prædio,ſed hoc non procedit ad hanc literam, quæ loqui
tur in appellatione interpoſita a iudice:dic ergo,vt prædixi,ꝙ
hic fuit appellatum ex certa cauſa ſpecifice expreſſa ſequuta
clauſula generali:ſed,vt prædixi,generalitas nihil operatur.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus poteſt eſſe ambaſiator regis.*
2 *Dominos plures habens cui debeat obedire.*
3 *Nuncio an ſit fides adhibenda.& num.4.*
5 *Citatio incerta non valet.*

Cum parati. Prætextu appellationis non debet
ſubditus cōtemnere ordinarium.
Primo ponit obiectionem cardinalium.Secundo excuſatio-
nem epiſcopi:ibi,cumque.Tertio reſponſionem car.ibi,car-
di.Quarto præceptum Papæ:ibi,nos,& J.deciditur quod di-
cebat nuncius epiſcopi epiſcopum appellaſſe priuſquam ex-
1 communicaretur a legato.† No.ꝙ p̄latus poteſt eſſe legatus
ſeu ambaſiator regis, & idem in alio domino temporali, cu-
ius etiam poteſt eſſe procurator J.qui ſi.ſint leg.per venerabi
lem,no.ſ.ti.j.cum I.& A.Item aſſeruit,ꝙ ſtatur aſſertioni car
dinalis.Item,ꝙ communiter nuncio.de hoc cum gloſ. Item
ibi,repiſentes,non dicit quando, & ſic valet citatio incerta,
& ſine die In gl.2.in fi.hoc procedit ſi conſtaret ꝙ cardinalis
voluiſſet ꝙ non obſtante legatione veniret,ſecus ſi de hoc nō
conſtat,& hoc innuitur in litera,quatenus reijcitur excuſatio
tanquam nō vera,& dic plenius quam gl.cū quæritur de ha-
2 bente plures dominos † qui ſimul mandant cui ſit obedien-
dum,aut ſunt domini ſubordinati, & indiſtincte obediet ſu-
periori,ſicut hic dr̄ in glo.ꝙ clerici relictis omnibus obediēt
Papę,aut ſunt non ſubordinati: & tunc ſecundum Inno.obe
dietur ei qui eſt in maiori neceſſitate. ff.ad ſyll. ſi quis in gra-
ui.§.ſi cum omnes,attenduntur & alię coniecturę de quibus
ibi,& 11.q.3.qui reſiſtit,hæc procedunt niſi alter præueniat:
tunc enim ſibi obedietur,per iura alle.in glo.ſecus ſi manda-
ta ſint compatibilia,tunc enim obedietur vtrique.ff.de cuſt.
3 reo.l.2.§.qui prohibendi,& ibi per Bar.† In gl.ar.in fi.de hoc,
a an credatur nuncio,ª & inquātum,communiter dicitur hoc
arbitrarium,de hoc etiam de proba.quoniam ꝯtra.& in Spe.
de cita.§.ſequitur,ver.ſed nunquid creditur,& ibi per Io.An.
& per Hoſt.in ſumma,de dolo ſub rubrica de contumacia §.
qualiter.ver.quid ſi.& ſeq.dic,ꝙ creditur nuncio non ſolum
in hoc quod refert ſe citaſſe talem,ſed etiam in alijs citationi
propinquis,vt hic quia dicit ſe inueniſſe illum in eccleſia ſa-
lani autina, ex hoc etiam creditur ſi dicit q̃d ille reſpōdit.ar.
huius literæ,& quod dixi arbitrarium quantum credatur,po
4 ne exemplum,† vt ſi nuncius vilis dicit ſe citaſſe epiſcopum
honeſtum, qui hoc negat, non creditur nuncio, ſecundum
Hoſt.de hoc etiam per Arch. 82. diſt.propoſuiſti,de hoc etiā
de dolo.actor.lib.6.de ſenten.excom m.venerabilibus§.idem,
eodem lib.Oppono,extra glo.quod non debuerit credi aſſer
tioni cardinalis.de teſtibus,cum : nobis. Solu.vt ibi,& dic ꝙ
non apparet hic an fuerit ſibi creditum , ſed an credatur, dic
vt J.capi. conſtitutus In gloſſ.& ſic,ibi,credi cardinali,dic vt
proxime dixi.In fin.glo.ſi.Oppono,in eo,quod iſte citatur &
non apponitur terminus in citatione , vt dixi in notabilibus,
5 & ſic contra:quia non valet † citatio incerta.ff. de verborum
obligatio.ita ſtipulatus,in princip. So.Pe.&.Cy.C.de fer.dies,
ſtant contrario,& redarguunt id quod not.Innocen.de ferijs
capitu.fina.vbi dicit,quod valet citatio ſine die.ſed verius eſt
dictum Innocenti . per hanc literam ,ad l.ita ſtipulatus,dic,
quod loquitur in ſtipulatione quæ eſt actus partium,aliud in
citatione quæ eſt actus iudicis neceſſarius , vnde etiam in ea
quæ fit ad certam diem, intelliguntur eſſe duo mandata,vnū
quod veniat , aliud quod tali die. & ſic primum eſt incer-
tum . ſed intelligitur certum ſcilicet, vt veniat quam primū
poteſt arbitrio boni viri.

A D D I T I O.

a An credatur nuncio Adde Bal..n l.1.in l.2.in vit.co.ff.de.ferijs. Salic.in l.ab ſentem in 3.col. C.de accu. & Lap. alleg.4.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans ſtare mandato eccleſiæ non auditur ſi appellat.*
2 *Tempus appellationis proſequendæ currit a die interpoſitionis.*

1 **Ad hæc.** † Qui iurauit ſtare mandato eccleſiæ non
auditur appellans contra iuramentum, ſi
tamen grauatur,appellare poterit.h.d.cum ſequen.pars.de ex
ceſſu.prælatorum, ad hec.Primo ponitur quæſtio. Secundo
2 ſolu.ibi,id. Nota. ibi,poſt appellationem,quod tempus † ap-
pellationis proſequendæ currit a die interpoſitionis.eo.titu.
c.le.ſicut,dixi ſ.c.ex ratione.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non eſt inuenta vt ſit iniquitatis vinculum.*
2 *Excommunicatus abſolutus, & non parens mandato abſoluentis,reincidit in eandem excommunicationem.*
3 *Indemnitas quandoque dicitur , non reſpectu eiuſdem numeri, ſpecifici .*

Quæſtioni. Summa vt ſ.c.proxim.communis di-
uiſio.Secunda ibi.reſpondemus.Not.
quod appellationi inferenti periurium non defertur,& idem
1 dic ſi infert crimen : † quia non eſt inuenta vt ſit iniquitatis
vinculum ſ.c.ap noſtram J.c.cum ſpeciali §.porro. Not.ibi,
2 eandem &c.ꝙ † excommunicatus abſolutus & non parens
mandato abſoluentis reducitur in eādem excommunicatio-
nem,quod dic vt de ſen.excommu. ca.1.lib.6.& dic eandem
in genere, non enim eſt pręciſe eadem, cum prima ſit extin-
3 cta nec reuiuiſcat. Ex hoc nota, quod indemnitas † quando-
que dicitur non reſpectu eiuſdem numeri ſpecifici,ſed in ge
nere,hoc tamen nō proprie.In gl.1.in fine,dantur extra gloſ-
ſam alię ſolutiones,quæ non procedunt,ideo ſta cum glo.&
vtraque ſolutio gloſſæ poteſt coniungi.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ab ordinario , de delicto quod poſtea commiſit puniri poteſt.*

1 **Præterea.** † Appellans ab ordinario , de delicto, ꝙ
poſtea commiſit,puniri poteſt,commu
nis diuiſio.Secunda ibi,duximus.

S V M M A R I V M.

1 *Appellationi ſui aduerſarij qui non detulit,de ſua poſteriori circa idē, contra eum excipere non poteſt.*
2 *Excommunicationem ad probandam ſufficit probare quod fuit denuntiatus.*
3 *Separatis non fit illatio de vno ad aliud.*

1 **Conſtitutis.** † Qui non detulit appellationi ſui ad
uerſarij, de ſua poſteriori circa idem
ꝯ eum excipere non poteſt.Primo ponit factum deciſum.Se
cundo dat iudices.Secunda ibi ideoque,& pone caſum.vacā-
te eccleſia torcel.canonicis tractantib.de electione, archidia-
conus nominauit C.obiectum fuit ꝙ erat excommunicatus:
fuit appellatum ne eligeret,hoc non obſtante archidiaconus
cum aliquib.elegit,& appellauit ne ꝯ hoc aliquid fieret:deinde primicerius cum canonicis & pleba.cū conſenſu cleri vel
maioris partis elegit I. cauſa vtraque fuit delata ad Papam, q
rn̄dit vt ſequitur.No.ibi,denunciationem,ꝙ ſufficit ad ꝓban
2 dam † excommunicationem probare ꝙ fuit denunciatus,ꝑ
hoc facit quia ſufficit eius probatio in hoc ſen. ex. cum deſi-
deres §.2.de proba.poſt ceſſionem. No.ibi,cum aſſenſu cleri,
ꝙ qn̄q; in electione ep̄i intereſt clerus,quod intellige de inte
ipāli.de elect.ſcriptum.no.ꝙ appellatio cui nō oportet defer-
ri,non inducit reuocationem innouatorum. tenet C.electio
facta per primicerium poſt appellationem per archidianū.
In gl.vlt.in fi.vel poteſt dici ꝙ capitulum conſiderauimus,&
c.auditis,procedunt qn̄ fit a.elect.ex interuallo,poteſt autem
hic intelligi ꝙ vtraque facta fuerit vnico cōtextu. Op.ꝙ licet
archidiaconus non detulerit appellationi primicerij,non per
hoc licite poterit primicerius nō deferre appellationi archi-
diaconi:

3 chidiaconi: quia hæc sunt separata, † in quibus de vno nõ infertur ad aliud. de transla. c. 2. so. immo sunt coniuncta: quia vtraque appellatio erat circa electionem eiusdem dignitatis, & sic non seruanti fidem potuit fides non seruari, de iure. peruenit, 2. quod ibi dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex quo casu non recusetur propter suspicionem.*
2 *Verbum, debet, importat necessitatem.*
3 *Pœna vbi imponitur ipso iure, iudex non præsumitur grauare.*
4 *Recusatio iudicis quo casu non admittatur.*

Propositiut. Appellãs ab ordinario in vna causa, in alijs coram eo tenetur respondere: potest tñ eum recusare, nisi conueniatur de crimine manifesto, in quo non cadit excusatio, nec suspicio: vt, quia imponitur pœna surgens ipso facto. communis diuisio. secunda
1 ibi, super quo. No. ibi, nisi &c. casum sin. in quo † propter suspicionem non recusatur iudex, de hoc in gl. vl. & pcedit hoc duobus ɔcurrentibus de quib. in summario. In gl. 2. in prin.
2 no. de verbo † debet, a ꝙ importat necessitatẽ, & quotidie al-
a le. hæc gl. & de hoc per Bar. C. de pig. l. creditores, ibi, est in pẽdenti. melius dic, vt dixi, s̃. c. ad hæc si. & ibi no. dic ꝙ non expedit expectare euentum appellationis, immo causa pendente potest recusari ordinarius probata suspicione, & dic vt ibi. In gl. vlti. ibi, quod est notorium, siue actus continui, siue trãseuntis, secundum Ioan. de hoc de coha. cle. nostra. Item scdm Inn. hoc erat crimen graue, vt in litera, dic ꝙ causa quare nõ admittitur recusatio nec appellatio, ponitur in litera: quia ip
3 so actu damnandum, & dic ipso actu: vt † quia erat pœna imposita ipso iure, quo casu non potest subesse suspicio, ꝙ iudex grauet. sic intelligit Archi. hoc in c. quia suspecti, alias in gl. & hic dr̃ id quod dixi s̃. c. cũ sit, ad fi. & quod no. ĩ. c. reprehẽsibilis. In gl. 3. ꝙ qñ aliquid est ita notorium ꝙ in hoc constat
4 nõ subesse defensioni locũ, non admittitur recusatio † quia non potest haberi suspicio de iudice, & hoc signa.

A D D I T I O.

a De verbo debet. Adde gl. in cle. attendentes. de sta. reg. Abb. in in c. cum locum. de sponsa. Abb. in c. j. de despon. impuberum.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus absoluitur sufficienti cautione recepta.*
2 *Indigni audientia audiuntur a principe.*
3 *Index potest tueri suam sententiam.*
4 *Iudicium non debet exerceri in ecclesia.*
5 *Locus quando non sit de substantia actus.*
6 *Excommunicatus pro contumacia iudiciali non absoluitur nisi præstita sufficienti cautione.*
7 *Iudex quo casu non obstante appellatione procedat.*

1 Qua fronte. † Absoluitur excõicatus sufficienti cautione recepta: licet aduersarius vel excõicator ne absoluatur, appellet. primo q̃rentem redarguit de quodam excessu. secundo soluit vnum quæsitum, ibi sane. Tertio aliud, ibi, de his. No. ibi, qua fronte &c. ꝙ criminosi non debẽt esse ausi ɔparere coram principe, vel ab eo aliqd postulare, & idem dic respectu alterius iudicis, vt sit sensus, quod illi qui peccando faciunt ɔ ius, non debent esse ausi cõparere coram iudice qui habet ius exercere: pro hoc facit, qa
a frustra l. auxilium a &c. de vsur. qa frustra. † No. ꝙ indigni au-
2 diẽtia audiuntur a principe in hoc vt eis respondeat de iure, quod est ideo: qa potius considerat princeps causam, q̃ personam. ar. de offi. dele. c. fi. No. ibi canonicum, & honestum id de quo in gl. 2. No. ibi, §. sane. de absolutione ab excõicatione
3 q̃ fit recepta sufficienti cautione. de hoc cum gl. † No. ad fin. ꝙ iudex põt tueri suam sñiam: potius tñ facit ɔ, sed hic repellitur, qa irrationabiliter opponebat. In gl. 2. in fi. Opp. ꝙ confirmatio electionis non dẽt fieri in ecclesia, cum expediatur
4 iudicialiter. de elec. c. fi. lib. 6. iudicium † autem non dẽt exerceri in ecclesia: vt in iuribus alle. in gl. sol. sup spiritualibus pt exerceri in ecclesia, vt vult gl. & p hoc de immu. eccle. decet. §. ad hæc, li. 6. Opp. qđ potuerit fieri ɔfirmatio ẽt in palatio re
5 gis: † locus. n. nõ est de substãtia, de elec. qđ sicut, sol. taliẽ est de honestate, vt hic, fateor qđ nõ est de substãtia, iõ dicit Inn. ꝙ ɔfirmationes istæ, si alias erãt legitimę, valebãt. In gl. qa pp, ibi, cuius mors. cum sit extra gratiã dei, & per ɔsequẽs in potestate diaboli, q non q̃rit nisi mortem hominis. In gl. ibi, immo, ꝙ in casu isto signa gl. vsq; ad fi. qa sing. & est sen-
6 sus, ꝙ excõicatus, † qa non paruit iuri. i. pro ɔtumacia iudiciali, nõ absoluitur nisi p̃stita sufficiẽti cautione: sicut cum qs passus est missionẽ, nõ restituit nisi p̃stita sufficienti cautione: vt in gl. & dic plenius, ꝙ aut fuit excõicatus p ɔtumacia, vel ostẽsa manifesta, & nõ sufficit cautio: sed rq̃rit satisfactiu. de sen. excom. venerabilibus, lib. 6. ĩ. de verb. sig. ex parte. aut pro offensa, vel contumacia n õmanifesta, & de offensa dic, ꝙ sufficit cautio iuratoria, de senten. excom. cum desideres, no. de senten. excom. ad hæc. fallit vbi exprimitur de sufficienti. de pę. felicis, §. cum autem, lib. 6. & cle. 1. §. & quia. vbi casus singu. & ibi dico in tertio no. de contumacia dic, ꝙ aut est iudicialis, vt quia non paruit iuri, & requiritur cautio sufficiens, vt prædixi. est enim cautio prætoria. ff. de iudicio sisti. ff. de præto. st; pu. l. j. §. communes, & tales regulariter debent esse sufficientes: ea. l. §. stipulationũ, de seque. c. 1. in fi. vt lite non cõtesta. qñ frequẽter. iuncta gl. & huc vult hæc gl. aut fuit cõtumacia extraiudicialis, quæ magis proprie dr̃ inobedientia, & dic vt s̃. de offensa dubia, ꝙ sufficit iuratoria. & hæc no. diligenter, quia multi decipiũtur. In gl. vlt. in fin. nam ibi de appellante, hic de appellato, appellans enim petendo absolutionem a iudice a quo, videretur renunciare appellationi, nisi ꝓtester. d. ca. solicitudinẽ, dixi s̃. c. quæstioni. quæ ratio cessat in
7 appellato, & sic habes casum in quo iudex † a quo nõ obstante appellatione procedet, alios casus habuisti s̃. c. cum teneamur. Oppo. ꝙ non debet excõicatus absolui nisi citato aduersario: vt in c. excõicato. no. Spec. de ɔtumacia, §. fina. versi. sed pone. eo autem citato, ẽt contradicente, fieri põt, vt hic: si aũt eo nõ citato fiat, põt iudex redargui. sed absolutio valet: quia iste nõ est actus iudicialis, & sufficit, ꝙ non reperitur iure prohibitum. pro hoc de rescrip. ol. in. Opp. ad hoc, ĩ. c. Romana, §. sententias, lib. 6. sol. ibi non valet absolutio parte non citata: qa loquitur in archiepiscopo ad quem est appellatum, qui non est iudex nisi appellatio teneat, ideo procedere debet, vt ibi, & aliter non valet absolutio. secus si est alias iudex: qa tũc tenet absolutio, ẽt non seruato quod dr̃ in d. §. sñias, pro hoc de senten. excõ. c. venerabilibus, §. vbi autem, li. 6. & quod no. de or. de le. cum ab ecclesiarum, & c. cum ad reprimendã. Op. ibi, si maluerit aduersarius. vř. n. esse in potestate aduersarij. i. appellãtis, an excõicatus mideat corã Papa delegato Papæ: cũ tñ potius pmittatur hæc optio appellatu. ĩ. e c. 1. li. 6. sol. Hos. exponit si maluerit aduersarius. i. appellatus. hoc repugnat literæ, per id qđ procedit, ibi, pars aduersa. i. appellans, dic ergo si maluerit. i. ad sedem aplicã appellare: vt sic in optione aduersarij sit an appellet ad Papam, vel nõ: nõ autẽ post appellationem, an deferatur negociũ ad Papam, ita ꝙ partes debeãt coomparere instructæ super principali, in quo est optio appellati ĩ. e. c. 1. li. 6. põt etiam exponi, si maluerit aduersarius. i. appellans litigare coram Papa, vel coram delegato ab eo. est etiã in optione appellantis an litiget coram iudice ad quem, an impetret delegatum super appel. nec per hoc aliquid immutatur de dispositione d. c. 1. & hæc videtur confuna literæ.

A D D I T I O.

a Frustra legis auxilium. Adde l. si quidẽ. ff. quod met. causa. & in l. sancimus C. de in. de liberandi.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus subditum suspendere, vel excommunicare non debet.*
2 *Index a quo ut possit uti sua authoritate contra appellantem, qui non fuit prosecutus in termino, expedit quod totus terminus sit lapsus.*
3 *Prælatus potest per se corrigere subiectum.*

1 Reprehensibilis. † Prælatus subditum suspendere vel excõicare nõ dẽt, nisi monitione p̃missa: nec subditus, præcipue regulariter ɔ disciplinam appellare dẽt, & appellãti præfigit̃ terminus ad appellationem prosequendam, ĩ. quem non prosequens cadit ab apellatione, & ordinarius procedit: & appellans non prosequens appellato prosequenti ɔdemnatur in expensis. hẽt qnque dicta. scdm, nec subiecti. Tertium, si vero, Quartum, si autem, Quintum, præcipue. No. ibi, suo genere, vt in gl. 3. in ca. ibi, proposuit, dic vt ibi dixi, & per hanc literam dicit Abbas se defendisse quendam abbatem qui excõicauerat monachũ pro eo, ꝙ sine licentia eius exiuerat claustrum: nec præmisit abbas monitionem: sed erat de hoc statutum in monasterio. de hoc d. ca. proposuit, in fin. quod signa. In gl. secundum tenorem, nota ex litera ibi, infra quem &c. ꝙ ad hoc vt iudex
2 † a quo possit vti sua authoritate contra appellantem, qui nõ fuit prosecutus in termino, expedit ꝙ totus terminus sit lapsus, facit de elc. commissa. in prin. lib. 6. & quod no. c. ex ratione. In gl. pe. in fi. no. ibi, si quid proprium, ꝙ non habentes ꝓpria no tenent ad hæc, puta qa sunt monachi. 12. q. prima, no dicatis. secus puto in prælato etiam regulari; quia poterit satisfacere de prouentibus, merendo parce. de fideiui. peruenit. quod c. quamuis loquatur de non regularibus: tñ procedit ẽt in præ-

in prælato regulari qui habet adminiſtrationem, in tñ, ꝙ ẽt
poteſt donare modica ſi hoc habet cõſuetudo, de dona. ecte-
* rum, ſic in facto conſului. In gl. vlti. no. in litera ibi, capituli q
dam tñ exponunt capituli. ſ. regulariter, quia per ſe ſubiectũ
poteſt corrigere, de hoc per Arch. 18 q. 2. nulla no. de reg. Io-
annes, & de correctione religioſorum dic de offi. ordi. quãto.

A D D I T I O.

* Conſului. Adde quod eſt conſi. 95. quod incip. Abb. nomine ſui. quod conſi-
eſt totum in materia de qua hic. B.S.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex a quo compellit appellantem ad proſequendum, ſub conditione.*

1 Ad hæc & infra. † Iudex a quo compellit appel
lantem ad proſequendum, ſub
ꝯditione, quod niſi proſequatur, ipſe procedet, niſi recuſetur.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicus monitus ad reſidentiam, ſi appellat, quid agendum.*
2 *Iudex a quo quo caſu aliquid innouet.*

1 Peruenit. † Si canonicus ad reſidentiã monitus ap-
pellat, ſtatuĩ ſibi terminus ad appellatio-
nem proſequendam, & interim beneficio tenetur deſeruire
per vicarium, ſuſtentandum de fructibus beneficij, primo po
nitur deciſa ꝯſultatio. Secundo rñſio, ibi, cum autẽ, & ibi po-
nit tria dicta, ſecundum interim. Tertium, quod ſi. In gl. 2. in
fin. poſſet enim intelligi hic, ꝙ modicam habuit vim diffini
tiua, ideo potuit appellari ẽt cauſa non expreſſa, quod m̃ non
vr̃ conſonum literæ. ſed dic, ꝙ licet videretur appellaſſe fru-
ſtratoriè, & cauſa dilationis. tñ de hoc non ꝯſtabat. vnde non
dicit hic quod fruſtratoria appellatio admittatur. In gl. pe. in
2 fi. & dic ſpeciale hic vt iudex † a quo aliquid innouet. ꝙ facit
hic iure permittente, ne cultus diuinus minuatur, prouidet
enim de vicario generali, de quo hic, & de elec. cum ex eo. li.
6. de reg. beneficium, eo. li. & dic, ꝙ hæc non eſt innouatio ꝑ
quam præiudicetur appellanti, immo prouidetur eius ſaluti.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio contra canones non admittitur.*

1 Conſuluit. † Appellatio contra canones non admit-
titur. cõis diuiſio. ſecunda reſpondemus,
pars, de iudę. ꝯſuluit, & legiĩ dupliciter. primo, ꝙ fuit appella
tum a rege pro iudeis, qa Ep̃s ad mãdatum eccleſiæ cogebat
eos dimittere mancipia Chriſtiana, ſecundo loqtur, ꝙ fuit ap
pellatum a rege. i. per regem qui forte habebat commoda tẽ
poralia a iudęis, pro hoc facit litera, ibi, pro iudęis, & vtroque
modo procedit ſummarium.

Ad hæc ſicut. Idem dicit cum c. meminimus, &
capitulo, ſuggeſtum, ſ. eo.

S V M M A R I V M.

1 *Appellationi interpoſitæ ad Papam non deferens an & quomodo pu-
niatur.*
2 *Appellationi friuolæ deferens grauiter peccat.*

De priore. Qui non detulit appellationi interpoſi-
tæ ad Papam mittit cũ literis ordinarij
ſui ad Papam puniendus. primo ponitur exceſſus, ſecundo ꝓ
uiſio. ibi cum. In gl. vlt. in fi. dic † aut quæritur de iure ciuili.
aut canonico, primo caſu, aut in cauſa ciuili, & procedit pęna.
l. qm̃ iudices, alleg. in gl. aut in criminali: & procedit l. a pro-
conſulibus C. eo. ſi vero quæriĩ de iure canonico, in ciuili ꝓ-
cedit hic: in criminali, c. decreto, de hoc per Arch. ibi. Quæro
tn eo qđ redarguitur, & punitur non deferens appellationi,
2 quid ecõtra, ſi detulit appellationi friuolæ, † dic, ꝙ peccat gra
uiter. arg. huius literæ a ꝯrio: quia ꝯriorum ea diſciplina, nec
excuſatur, licet ob reuerentiam ſuperioris faciat, ſ. c. cum ap-
pellationibus, lib. 6. in prin. & quod ibi no. gl. 2. & in gl. verbo
deferens, quæ dicit talem delationem eſſe reatum, & gloſſ.
fin. dicit talem deferentem eſſe redarguendum, peccat ergo
mortaliter tanquam faciens contra canonem, de elect. gene-
rali. lib. 6. ipſa enim delatio eſt interlocutoria, pro hoc eſt qđ
dico ſ. c. cum ceſſante. ſi ergo eſt iniuſta, procedit quod præ-
dixi, ꝙ iudex peccat mortaliter arg. de re iud. c. primo, lib. 6. ſi
tñ poſſet aliqualiter dubitari, an ſit deferendum, vel non tu-
tius eſt deferre ob reuerẽtiam ſuperioris, ſic in facto, reſpon-
* di * d. c. cum appellationibus.

A D D I T I O.

* Reſpondi. Adde quod hoc dicit in conſi. 63. inc. vnus noſter. nu. 1. B.S.

S V M M A R I V M.

1 *Regulares pro ſola infamia remoueri poſſunt.*
2 *Appellatio ſicut non datur a pœna legis ſeu canonis cõmunis, ita nec
particularis, ſeu municipalis.*
3 *Appellatio non datur a diſpoſitione legis.*
4 *Appellatio licet non detur a ſententia canonis, datur tamen a ſenten-
tia hominis declarãtis commiſſam eſſe pœnam iuris.*

Quia vos. A pęna legis ẽt particularis nõ appellatur,
vel generalius ſic: a diſpoſitione l. ẽt parti
cularis nõ appellatur, & pone caſum, quidam abbates mori-
ti a monachis ſecundum ꝯſtitutiones regulæ vt cederent, ap
pellabant. Reſpondet Papa eos appellare nõ poſſe. In gl. 2. in
1 fi. vel ſm Inn. ſpeciale in † regularibus, vt pro ſola infamia poſ
ſint remoueri, qđ eſt ſingulare, ꝑ hoc enim habetur, quod pa
ria ſunt regularẽ eſſe infamẽ de crimine, vel ꝯuictum: tñ non
puto ꝓcedere, niſi in ſpecialibus religionibus habentibus ta-
lia ſtatuta. In gl. vlt. ibi, in ſingulis, hoc nõ ꝓcedit: qa c. in ſin-
gulis, ſuit Inn. 3. hoc Alexandri. 3. qui præceſſit Inn. dic ergo,
vt in caſu, ꝙ hic loquiĩ de religionibus quæ habent ſtatuta, vt
ꝑlati reſignẽt in c. ſi ad hoc vouẽt, ſiue ſi ſunt ꝯuicti de crimi
ne vel infamati: tunc enim ſi appellant, non auditur appella-
tio: quia eſt ꝯ l. particularem religionis, & ex hoc colligitur
2 ſummarium, & per hoc no. † ꝙ ſicut non appellatur a pęna
legis ſeu canonis cõis: ita nec particularis: ſeu municipalis.
Opp. ad hoc ff. qui & a qui. ſi priuatus, de poſſi. quotiens, in fi.
de ap. l. ſi conſtat, dicit Bar. ff. de appel. non reci. l. fin. ꝙ a diſpo
ſitione legis, vel ſtatuti non appellatur ſi eſt diſpoſitio genera
lis, ff. de origi. iur. l. 2. §. exactis, ſed ſi contra certam perſonam
loquatur diſpoſitio, bene appellatur, vt in cõtrarijs: ſed illa in-
ra hoc non probant: dictum tamen eſt pulchrum, & eſt ra-
tio: quia quando diſponitur contra particularem, nõ eſt pro-
prium l. ſed ſententia, vel præceptum, vel quid aliud. l. enim
3 debet eſſe generalis, de conſti. cap. 1. & fin. quod a † diſpoſi-
tione l non appellatur, not. Cyn. C. quæ ſit longa conſue. l. 2:
in quarta principali quæſtione, & eſt ratio, quia conſtat non
ſubeſſe æquitatem pro appellante, qui non poteſt dicere
ſe grauatum ex diſpoſitione legis: & hoc intellige quando
appellatio formatur contra diſpoſitionem legis, ſed ſi negat
factum. vt, pone hic ſi abbas appellaret negans ſe eſſe infa-
men vel conuictum, bene audiretur: nec litera contradicit
immo præſupponit quod conſtabat quod erat infamis vel
conuictus: licet autem non appelletur a ſententia canonis,
4 tamen a ſententia hominis declarantis commiſſam eſſe pœ
nam iuris bene appellatur, vt not. de elect. cupientes. §. inſu-
per, lib. 6. in gloſ. & ꝑcurret, quæ eſt nota. facit quod nota.
de cenſi. clem. præſenti. in gl. per te notata, & patet, ideo quia
poteſt male declaraſſe, & hoc vltimum ſigna, tamen omnia
iſta ſunt notanda.

Ad aures. Breue eſt, non ſummatur. ibi, de legati.
Idem in ordinario, ſupra cap. perſonas, &
capitulo cum ſit. infra ex inſinuatione, & hoc c. intellige, vt
in illis dicitur.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicium de æquipollentibus dicitur idem.*
2 *Verba protectionis non inducunt exemptionem.*
3 *Appellatio à grauamine non valet niſi expreſſa cauſa.*

Ad audientiam. Qui ſe & ſua protectioni Pa-
pę ſubmittit, licet verbum ap
pellationis non exprimat, intelligitur appellaſſe. Primo po-
1 nit factum. Secundo dat iudices. ibi, licet. † No. ſummarium,
ex quo colligitur, ꝙ de æquipollentibus idem iudicium, de
iudic. cap. 1. vbi no. & facit hic: quia paria ſunt appellare, vel
protectioni ſe ſubmittere, quod dic vt infra in glo. 3. ibi, ge-
nerali protectione, vt quando Papa ſuſcipit generaliter ali-
quam eccleſiam ſub protectione, quo caſu non intelligitur
eam eximere. hic autem fuit ſpecialis protectio ſeu ſubmiſ-
ſio, ſcilicet in certa cauſa, quæ habet vim appellationis, vt in
gloſſa, dic etiam quod cap. ex parte, præalle. loquitur, quando
Papa ſuſcipit aliquem ſub protectione, quo caſu verba non
operãtur exemptionem dicti capituli. quod poteſt intelligi,
ſiue talis protectio fiat generaliter, vt in exemplo præmiſſo,
cum ſuſcipit eccleſiam ſub protectione. ſiue ſpecialem, vt ſi
recipit eccleſiã ſub protectione ſuper tali cauſa, vel ſi recipit
ſpecialem perſonã ſuper certa cauſa. in omnibus enim illis
2 ſubeſt eadem ratio: qa verba † protectionis non inducũt exẽ-
ptionem.

ptionem, hic autem loquitur econuerso, qñ aliquis se subij-
cit protectioni apostolicę, quo casu hoc habet vim appella-
tionis: vt in glo. & licet hic hoc dicatur de Papa: idem vide-
tur de alio superiore: quia si hæc submissio habet vim appel-
lationis, debet hoc operari ita in alio superiore, sicut in Papa,
cum non appareat in Papa ratio specialitatis, & sicut Papa
iudicat &c. s. tit. j. in causis, ibi, non tenuit, videtur velle gl. hic
aliam sol. ad c. ex parte, ꝙ hic snia non tenuit, non, quia obsta
ret protectio, sed quia lata a nõ iudice. & hæc potest esse vera
in se. & concernit glo. de quo in hac gl. & s̃. in glo. 1. sed tunc
hæc decre. non esset sub congruo ti. ideo dic vt prius, ꝙ hæc
protectio habuit vim appellationis, quod etiam sequitur in
3 glo. Oppo. ad hoc J. ca. vt debitus, vbi non valet † appellatio
a grauamine nisi expressa causa grauaminis. Solu. intellige
hoc secundum illud, quod iste se submittit protectioni serua
ta forma obseruanda in appellatione de qua in capitulo, vt
debitus, & J. ca. 1. libro, 6. sed vbi debebat dicere, appello, dixit
protectioni me subijcio, quæ verba important idem quod ap
pello. maximè, si hoc fit per simplicitatem, & per hoc, quia
appellationi non est tradita certa forma verborum, sufficit er
go quomodocunque constet de mente. In glossa penultima
ibi, Papa, vult soluere tale contrarium, videtur enim litera, si
ne causæ cognitione, innuere, quod cum causæ cognitione
valuisset: cum tamen iudex a quo desierit esse iudex. metu
contrarij dicit glossa, quod potuisset cum causæ cognitione
facta sibi delegatione per Papam, & intellige sine causæ co-
gnitione: vt sequitur. In glossa ibi, vt quia non posset, & cæte
ra. Innocentius vero exponit, idest non cognito de causa: qua
si ex abrupto: & tunc non reuocatur sententia propter pro-
tectionem: sed quia lata causa nõ cognita, & hoc facit ad glos
sam præcedentem, & pro hoc de constitu. ecclesia, sed secun-
dum hoc non facit ad titulum: vnde tene cum glossa. In glo.
vlti. ibi, post huius protectionẽ, videtur glossa approbare pri-
mam solu. de qua, s. In gl. 3. s. ꝙ hic non fuit sentẽtia lata a nõ
iudice, nisi ex hoc ꝙ iste habeatur pro appellato, non autem
ex alio. s. quia diceretur istum subesse non zamorensi si eccle
siæ, sed Compostelano.

S V M M A R I V M.

1 *Appellationis causa an possit ad primum iudicem remitti de consensu utriusque partis.*
2 *Papa ex certa scientia causam appellationis interpositæ ab interlocu toria a suo delegato potest eidem committere.*
3 *Intellectus clem. si appellationem, de appel.*

Accepta cõ. Non summatur, quia breue est. In
gloss. vltim. ibi §. 2. Oppo. ꝙ immo
etiam de consensu vtriusque partis non possit causa appella-
1 tionis † remitti ad primum: quia l. phibet, C. e. l. eos, in prin.
sol. ibi quando appellatum est a diffinitiua: tũc enim si appel
lans remittitur ad iudicem a quo, intelligitur deserta appella
tio, & snia remanet firma. de offi. dele. gratum, de testi. cum
venisset, J. c. solicitudinem. iudex ergo ad quem, non potest
talem remissionem facere nisi forte sit princeps, qui ex certa
scientia derogando legibus hoc faceret: tũc enim ipse posset
tollere ius positiuum, pro hoc facit quod no. i ca. l. eos. In gl.
2 non ante. quæ dicit, ꝙ Papa ex certa scientia causam appella-
tionis interpositæ ab interlocutoria a suo delegato potest ei-
dem committere, & idem vr̃ de appellatione a diffinitiua, ea
dẽ ratione, pro hoc est quod no. Cyn. in ea. l. q. 1. dicens ꝙ l. il-
la prohibens cognitionem appellationis committi iudici a
quo, ita procedit in appellatione ab interlocutoria, sicut si a
diffinitiua, & dic, ꝙ cum hic non loquatur in principe, sed
in quolibet iudice, debet hic intelligi ꝙ iudex ad quem põt
remittere de consensu partium, vel alterius. s. appellantis, qñ
appellatum est. s. ab interlocutoria. sic intelligit hæc gl. in eo.
ꝙ alleg. c. interposita §. 2. qui §. limitat hoc c. & non dr̃ hic, ꝙ
causa non committatur primo iudici: sed, ꝙ nõ debet remit
ti ad primum, quod intellige de causa principali quæ non re-
mittit ad primum, nisi qñ appellatum est ab interlocutoria,
& constat male appellatum, vel appellationem desertam, s̃.
c. reprehẽsibili, J. vt debitus, & dato, ꝙ causa pendeat coram
iudice ad quem, potest remittere de consensu appellantis: vt
in glo. quod procedit si non interest appellati, alias condem-
natur appellans in expensis, & interesse appellato, d. c. interpo
sita, §. 2. J. c. 1. lib. 6. versi. ꝙ si. Opp. ad hoc, ꝙ de cõsensu solius
appellantis non possit fieri remissio prædicta, potest enim ap-
pellatus velle prosequi coram iudice ad quem arg. C. qũo, &
qñ iud. auth. q semel J. eo. cle. si appellationem, sol. ad auth. q
3 semel, vt dixi in c. ex rõne, ad cle. si appellationem, dic, ꝙ loq
tur in appellatione a diffinitiua, hic ab interlocutoria, hęc no
scribuntur per alios, sed in quodam examine discussa fuerũt:
& hic postea notaui.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus etiam datus appellatione remota qua casu recusari possit.*
2 *Consanguinitas quomodo cõputabitur ad effectum recusationis iudicis*
3 *Recusatio iudicis, & appellatio causantur ex diuersis causis.*

1 **Postremo.** † Delegatus ẽt datus appellatione remo
ta recusari potest si sit consanguineus
vel fuit eius aduocatus in illa causa. primo ponitur quæstio
secundo sol. ibi, huius. In gl. 1. ibi, honestius reputo. Io: An. di
cit arbitrariũ, considerata affectione ex coniecturis, & con-
suetudine patrię. nam si esset locus, vbi seruetur parentela vs-
que ad millesimum gradum, vel vlterius, poterit recusari, dic
ꝙ non sufficit sola consanguinitas, nisi allegentur alię causæ
rationabiles super suspicione, & in hoc surgit aliud dubium,
2 quomodo ꝯputabitur consanguinitas † ad hunc effectum re
cusationis, nunquid ergo computabitur secundũ legem, vel
scd̃m canones, in quo sunt varietates, dic vt dico de ꝯsangui.
c. si. in arbore consanguinitatis, q. 10. In gl. vl. io si. oppo. extra
gl. ꝙ non debuerit hic admitti recusatio, cum in rescripto es
set clausula app. remota. so. hoc forte fuit causa dubitandi, sed
3 dic, ꝙ clausula non obstat: † quia non concernit recusationẽ,
sed appellationẽ, & hęc causantur ex diuersis causis, vt dixi su-
pra, ad hæc simi.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum, & excommunicatio æquiparantur.*
2 *Interdictum est multiplex.*
3 *Episcopus potest ex toto tollere interdictum.*
4 *Interdicto stante potest eius effectus suspendi.*
5 *Infamia tollere quis possit.*
6 *Appellatio post interdictum quare non suspendat eius effectum.*
7 *Excommunicatio, & interdictum in quo æquiparentur. & non.*
8 *Papa potest etiam excommunicationem suspendere.*
9 *Appellari an possit indistincte ab interdicto pendente suspensione.*

Ad hæc quoniam. Sententia interdicti non
suspenditur per appellatio
nem sequentem, communis diuisio, secunda, ibi, noueris.
1 † No. ꝙ interdictum, & excommunicatio æquiparantur, &
quomodo, dic in sequen. contrario. Opp. ꝙ litera ibi, sit inter
dictum, non inferatur ex præcedenti, præmittit enim, ꝙ post
appellationem non potest quis excommunicari, & ex hoc in
fert, ab interdicto non posse appellari: quæ consequentia nõ
bene infertur. sol. illa procedit per subauditum. s. ꝙ sicut ex-
communicatio post appellationem non tenet, ita per ꝯrium,
& appellatio non impedit excommuoicationem p̃cedentẽ,
J. c. pastoralis, & fit duplex ꝯparatio hic inter interdictum, &
excõmunicatio postea lata nõ tenet ita, & in interdicto. alia ꝯ
paratio, ꝙ sicut appellatio sequens non tollit excommunica-
tionem p̃cedentem: ita nec interdictum. In gl. prima, ibi pa-
storalis, hoc declarat vt dixi sup litera ibi, sed quid si aliqua ec
clesia interdicta est, licet gl. formet qõnem in interdicto loci.
tñ J. ẽt dicit de interdicto p̃sonæ, & quia interdictum potest
2 esse multiplex, dẽt intelligi quæstio de interdicto † proprie
sumpto, prout est snia cẽsuræ. de verb. sig. q̃renti, quo casu ce
lebrans incurrit irregularitatẽ, de exces. præla. c. si. de sen. excõ.
is cui. §. si. lib. 6. & ibi no. reperit autem, & aliud multiplex in
terdictũ: vt si interdicit q̃s. 1. phibet ab ingressu possessionis,
si ingreditur, & celebrat nõ est irregularis, idem si interdicit,
vel suspendit a beneficio, vel ab alio simili ibi, ep̃s suspendat
ad tempus gl. præsupponit, quod ep̃s possit suspẽdere, de hoc
tñ J. disputat. Item hic implicatur aliud, nunquid possit inter
dictum suspendi, ita, ꝙ stante substantia impediatur eius effe
ctus, an vero eo ipso, ꝙ suspenditur ex toto tollatur, & in hoc
sunt varietates de quibus J. In glo. ibi §. si &c. vult ergo hæc
opi. ꝙ potest suspendi interdictum quo ad effectũ stante sub
stantia interdicti. Ibi §. qa dic, vt J. ibi tollat illud ex toto. hoc
tenet Io. de lign. & ita terminauit disputando: quia in senten
tijs censuræ actus primus, qui est ipsa condemnatio, non di-
stinguitur a secundo, qui est executio. trahunt enim secũ exe
cutionem, J. c. pastoralis, inducit etiam, ff. de excu. tuto. ritius,
dixit testator, tit. tutor esto si præsens fueris: tutor ne esto si re
dieris, tutor esto cum abest, extinguitur tutela, cum reuerti-
tur est noua, & potest de nouo, p̃ponere excusationem, dic
veriorem aliam opi. præce. quod duret substantia, cum enim
3 possit ep̃s † ex toto tollere intedictum, ergo fortius suspende
re executionem solum: qa qui p̃t totum p̃t, & partem, de offi.
deleg. pastoralis, ver. iterum cum totum, & in interdicto loci
vt formatur qõ. In gl. de interdicto p̃sonæ, dic vt J. in gl. Ad
rõnes p̃missas, dic ad primam non esse uerum, ꝙ in signis cẽ-
suræ non distinguatur actus primus a secundo: quia immo
distiguit litera. idest intellectu: quia executionem per intele-

ctum percipimus esse distinctam a sñia secunda: sed nõ distin
guunt tpe: quia statim cum est sñia, secum trahit executionẽ.
cũ ergo sint distincta sñia, & executio, possunt per iudicẽ se-
parari. Ad l. Titius, dic, ꝙ ibi non fuerint verba suspẽsiua. sed
extinctiua, ne esto, secus si dixisset administratione careas: qa
4 tunc non desisteret esse tutor, & ꝙ † possit suspendi effectus
interdicti stante interdicto, facit, c. dilectis, §. quia, alleg. in gl.
non tñ omnino probat p id quod ĩ. dico, sed probat rõne, cũ
enim Papa possit suspendere effectum interdicti, de priui. cũ
& plãtare, §. quod si, & c. priuilegia, ver. illud. de sent. exc. c. fi.
lib. 6. ergo idem in epõ quo ad interdictum per se latum, & li
cet gl. videatur ĩ. dicere speciale in Papa, hoc tñ non probat
iure, & contra est, s. tit. j. in causis. Quidam tñ auditor meus
dicebat quod aliud in Papa qui est supra ius, de ꝯcess. præb. pro
posui quam in epõ, qui nõ põt ꝯ ius, de tempo. ord. dilectus.
est aũt contra ius, ꝙ stante sñia interdicti tollatur eius execu-
tio, cum de iure trahat secum executionem: vt hic: & ĩ. pasto
ralis. sicut ẽt iudex non põt facere quin damnatum furti se-
quatur infamia, ff. de furtis, non potest, & hanc rationẽ ponit
a c. dilectus, §. quia. dic aliud in infamia † quã non potest tolle-
re nisi princeps, vel alij de quibus no. de re iudi. cum te, & cũ
dicit, ꝙ interdictum de iure trahit secum executionem, hoc
procedit, nisi ab habente potestatem fuerit limitatum, & ꝙ
possit limitate, patet ex præmissis, cum possit ex toto tolle-
re. & sic melior videtur opinio, ꝙ possit suspendi. & sic com
muniter tenetur: qua præsupposita, vĩ dicendum, quod me-
dio tempore possit appellari. & sic dicit gl. obseruari, & videt
casus in dicto c. dilectus, §. quia, per quem §. Ioan. de ligna
disputando hoc tenuit dum ciuitas Bononiæ fuisset interdi-
cta, & ad tempus suspensum interdictum, & medio tempo-
re appellatum, dic, ꝙ ille §. non facit, ibi enim de suspensiue
diuinorum, seu cessatione in certa ecclesia, scilicet, altisiodo-
rensi, quæ non habet vim interdicti, vt dico de sponsalibus,
non est dictum, tamen est verum, quod pendente suspensio-
ne interdicti potest appellari. ratio enim quare appellatio
5 † post interdictum non suspendit eius effectum, est: non qa
interdictum trahat secum executionem sed hæc operatur ꝯ-
stitutio ecclesiæ, vt sententia censuræ magis timeat, inf. capi-
tulo, pastoralis, vbi dico: hoc autẽ videtur inductum de sñia
interdicti quæ est cum effectu, & sic secus quando est suspen
sum, & in hoc potest instari: vt hic plenius scribo, sed saltem
communius, hoc est quod appellari potest, sed dicit Ioã. calde
ri. verius videri quod non possit appellari, per id quod notat
Innocentius de consuetudinibus, cum inter. licet obseruetur
quod admittitur appellatio. Ex his quæ dicta sunt, & quæ in-
6 fra sequuntur in glossa, infero conclusiones. prima, † excom
municatio, & interdictum æquiparantur quo ad appellatio-
nem: non quo ad suspensionem: quia interdictum loci suspẽ
ditur, non excommunicatio: vt in glo. Secunda, in sententijs
censuræ actus primus, & secundus distinguntur, non tempo-
re, sed natura, idest intellectu. Tertia, pendente suspensione
interdicti non videtur posse appellari secundum subtilitatẽ,
tamen secundum obseruantiam appellatur, quæ obseruan-
tia etiam potest defendi de subtilitate, vt dicatur, quod iura
quæ dicunt non posse appellari, loquuntur de interdicto per
fecto, idest non suspenso. ibi, & ext. a eodem tempore, pro
hoc quod no. Inno. ĩ. c. præterea, dic tñ, ꝙ Papa potest etiam
excõicationem suspendere: vt no. ĩ. c. dilectis. in gl. sed nõne.
Ibi alicui priuilegiũ: intellige stante interdicto nõ suspenso
9 quo ad executionem, & in fi. Quæro, in eo † quod dixi posse
appellari ab interdicto pẽdẽte suspensiune, an hoc ꝓcedat in
distincte. vĩ ꝙ non, nã si die lati interdicti trãsiuit. decẽdium:
nõ vĩ admittendus appellãs, s. ti. t. ad ꝯsultationẽ. sol. ꝯrium
videt vrgere, tenẽdo, ꝙ p suspensionem non tollat sñia in-
terdicti: sed tñ suspẽdat, tenẽdo aũt, ꝙ ex toto tollatur, cessat
ꝯtriũ, & propterea scd̃m tenentes, ꝙ non tollit, statur ꝯrio, ꝙ
non poterit appellari nisi ĩ. decendium a die lati interdicti.
dic melius, ꝙ ẽt postea, vĩ enim appellari a futuro grauami-
ne, ne ꝯplcio tẽpore suspensionis appellationis ex interdicto
grauet, & si dicas, ꝙ hoc est executio iuris, a qua non appellat
s. c quia nos. d. c. ad consultationem, dic, ꝙ hic appellatur ab
ipso interdicto propter grauamen futurum: nec decendium
cucurrit: qui ante suspensionem non poterat appellari quo
ad suspendendum effectũ interdicti: vt hic, & non valenti age-
re &c. de cõcci. præben. qa diuersitatẽ. Itẽ, interdictũ suspen-
sum pot aliquo modo dici nouũ: qa est sub alia qualitate, &
quicquid sit de iure, de obseruantia appellationis ẽt post de-
cendium, pro qua obseruantia faciunt prædicta, quæ no.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex appellationis quo casu non remittat appellantem, & causam ad pri[mu]m iudicem.*
2 *Ap[pe]llation[em] sufficit iudici porrigere, etiam si non legatur.*
3 *Ar[chi]episcopus Cantuariensis est legatus in prouincia.*

1 **Cum in ecclesia.** † Iudex appellationis remittit appellãtem, & causam ad pri-
rem iudicem, nisi cõstet a grauamine, vel iniusta sñia appella
tum: primo ponitur factum, secundo prouidet. ibi, vñ. Nota
2 ibi, porrecta † ꝙ sufficit appellationem porrigere iudici, etiã
si nõ legat, ĩ. c. appellatio. lib 6. No. ibi app. remo. de hac clau
sula, de hoc. ĩ. c. pastoralis, & c. vt debitus. In gl. 1. ibi, archiepõ
3 cantuanẽsi. qui † est legatus in prouincia. de offi. dele. c. 1. põt
ergo adiri per querelam, vt ibi, & sic frustra consideratur hic,
an appellatio sit interposita ex cã rationabili. gl. vĩ fateri con-
trarium, dic melius, ꝙ dato, ꝙ possit adiri per quærelam: tñ si
fuit aditus p appellationem, procedit quod hic dr̃, nam ẽt Pa
pa, ꝗ ab oĩbus clericis potest adiri per quærelam, de foro ꝯpe
c. fi. si appellatur ad eum irrationabiliter, remittit appellantẽ
ad primum iudicem ĩ. c. vt debitus, & c. 1. lib 6. & sic procedit
regula, quod potuit noluit & c. de offi. dele. cum sup. Item, da
to, ꝙ archiepũs iste potuisset adiri per quærelam: tñ si causa est
inchoata coram epõ, non potest adiri archiepũs tanq̃ præuen-
tus d. c. vt debitus, & de foro c[o]mpe. c. pe. & sic oponet, ꝙ ap
pellatur. In gl. a. ibi, vt debitus. Oppo. quia illud c. facit ius no
uum, & tñ quod ibi dr̃, prius hic habebat̃, soluit Inn. ꝙ illud
c. primo facit ius nouum, d. c. vt debitus, dic ẽt, ꝙ id quod ibi
statuit, non habebatur hic: solum enim hic dr̃, ꝙ non est ad-
mittenda appellatio per iudicem ad quem, nisi cõstet, quod
sit porrecta & interposita a grauamine, vel iniusta sñia. non
expediebat autem tempore huius c. ꝙ grauamẽ esset expres
sum coram iudice a quo, sed sufficiebat quod subesset, sed per
c. vt debitus, inducitur, ꝙ oportet, ꝙ sit expressum coram iu
dice a quo.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans qui non prosequebatur si remissus ad primum iudicem iterũ grauatu, potest iterum appellare.*
2 *Appellans non prosequens an possit iterum appellare.*
3 *Appellatio an bis detur ab eodem actu, ab eadem diffinitiua.*
4 *Clausula, saluo iure appellandi in scriptis, quid operetur.*

1 **Directæ nobis tuæ.** † Si appellans qui nõ pro-
sequebatur, remissus ad
primum iudicem iterum grauatur, iterum potest appellare,
communis diuisio, secunda ibi respondemus, notabilia sunt
in summario. In glo. supra e. in fin. & per prædicta iura vide-
tur non fuisse audiendam secundam appellationem, ex quo
enim appellans non renunciauit appellationi, iudex a quo li
bere vtitur suo interdi. quidã vt Lau. dicunt hanc nõ esse de-
cretalem, quod non procedit: ut supra in prohemio, alij, ꝙ
est speciale in numero hic, pro hoc litera, ibi, præsertim, sed
hæc expositio est impropria, vt dico de exceptio. cap. primo,
de confess. cap. secundo, Gosfre. dicit, quod non prosequens
non auditur si vult innouare appellationem desertam, si de
2 nouo appellat. Oppo. ad hoc, † ꝙ etiam de nouo non possit
appellare. Ex quo enim primam appellationem nõ fuit pro-
secutus, censetur frustratoria, & ipse censetur contumax qui
non auditur appellans, de dolo, cle. vna. solu. aut non prose-
quens non reuertitur ad iudicem a quo, & procedit con-
trarium, aut reuertitur: & tunc cessat contumacia, & sic si
iterum grauetur potest appellare: vt hic. Io. calde. dicit idem
de non reuertente. & ad clemen. vnam, respondet quod pro-
cedit, quãdo appellatio fuit frustratoria, pro hoc quod ibi no.
In gl. magna in prin. quæ inter manifestos contumaces non
enumerat non prosequentes appellationem: tales tamen te-
nentur ad sumptus aduersarij, supra cap. reprehensibilis, ver.
si autem, quod videtur verius. In gl. pe. ibi, a diffinitiua. sed hic
modus non conuenit literæ, q̃ loquit̃ de appel. ante senten-
tiam, ibi locum habet ante sententiam, scilicet, quod ab eo-
dem actu non potest vna pars tertio appellare: sed tantum se
cundo, super diuersis autem articulis potest appellare sæpius
ut in gloss. Oppo. ad hoc: quia hic fuit appellatum secundo
a diuerso grauamine, ergo potuisset appellari etiã tertio, &
pluries, cuius contrarium innuit litera ibi, secundo, a contra-
rio, dic, quod allegatio inducitur valde superficialiter, uel dic
melius, quod inducitur a fortiori. cum enim etiam ab eodẽ
actu liceat secundo appellare, fortius a diuersis: quo casu po
test appellari quotiens quis grauatur ut in glo. in fin. Quæro
3 si ab eodem actu, ut ab eadem diffinitiua, bis appellatur, solu.
aut simul, & habentur pro vna appellatione, infra cap. ab. eo.
lib. 6. in gl. 3. aut ex interuallo, & secunda appellatio nihil ope
ratur. quia si tenuit prima rescindit sententiam, vnde secun-
da nõ potest amplius rescindere. hoc no. Dy. & Bar. ff. de no-
noui op. e nũcia. l. cum procurator. §. j. sed si prima nõ tenuit,
secunda inter decẽdium tenere põt. Quæro qd si qs appellat
vnam

3 viua voce, saluo iure † appellandi in scriptis, dicit Bar. in d. § 1.
a quod illa verba, saluo iure a &c. solum operantur, quod possit illam
appellationem in scriptis redigere, dicit tamen quod potest vtranque pro
sequi, & perinde est ac si simul essent interpositæ: videtur velle,
quod secunda trahitur ad primam, & sic tempora prosequen-
di computantur a prima. dic melius, quod quia fauorabile est tueri
appellantes, prima trahitur ad secundam, videtur enim appellans ta
cite dicere, saluo iure &c. idest nisi appellauero in scriptis. &
* sic cum appellat in scriptis recedit a prima, & sic consului, *
facit, quod dico de clausula saluo iure &c. de feu. ca. 1. contrario 3. Ex
hoc dic, quod tempora prosequendi computabuntur a secunda,
pro hoc quod no. de dolo. cle. vna. in glo. magna. in fi. quæ tamen
loquitur quando primo appellatum est ab interlocutoria, secun-
do a diffinitiua: quia tunc si prosequatur vltra tempora, computan
tur ab ipsa. sed idem dicendum quando ab eodem actu bis appella
tur, modo prædicto, & hæc nota. quia sæpe accidunt.

ADDITIONES.

a Saluo iure. Adde quid importat ista clausula. vide textum in c. inter monaste
rium, in versi. saluo iure diocesani. de re iudic. & ibi Abb. & docto. gl. in ver
bo pure. in l. item Labeo. in § 1. ff. famil. ercis. Baldus in auth. interdicimus
C. de epi. & cler. Bal. in l. peremptorias. C. senten. rescindi non pos. Alexan.
de Imo. consi. 93. incip. viso themate supra scripto. in 4. volu.
* Consului. Adde quod est consi. 7. inci. videndum est B. S.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest a sententia censuræ lata sub conditione suspensiua,*
ante euentum conditionis, etiam post decendium, & effectus senten-
tiæ impeditur.
2 *Sententia incerta propter conditionem appositam an valeat.*
3 *Verba, te excommunicatum esse cognoscas, quid importent.*
